

ubi legitur Anticyra, hoc est sinu Maliaco prope montē Oetam, vbi elleborum quidem præstantissimum: sed in Phocidis Anticyra melius paratur admistione, vt inquit Strabo, sesamoidis, propterea in Phocidis Anticyram, non in Oetam elleborum poturi secedebant. Nigrum equos, sues, & boues necat, itaque cauent id cum candido vescantur. Medetur nigrum paralyticis, insanientibus, hydropicis dummodo citra febrim, podagris veteribus, articularijs morbis, trahit aluum & bilem pituitásq;. Ex aqua datur ad leniter molliendam aluum plurimum drachma: modice, quatuor obolis. Miscuere aliqui & scammoniam, sed tutius salem. In dulcibus datum copiosius periculum infert. Oculorum caliginem fotu discutit, ob id quidam & inunxere. Tritum strumas, suppurata, duritias concoquit & purgat, item fistulas tertio die exemptum. Verrucas tollit cum squamis æris. Hydropicorum ventri imponitur cum farina hordeacea & vino. Pecorum & iumentorum pituitas sanat furculo per aurem traiecto, & postero die eadem hora exempto: scabiem quadrupedum cum thure & cera, pice vel pisselæo. Præstantissimum esse Dioscorides perhibet quod ex Anticyra petitur, maximèque probatur nigrum quod in ea prouenit. Eligitur carnosissimum habitissimúmque, medulla tenui, gustu acre, feruénsq;, cuiusmodi Heliconium, Parnasium, Aetolicúmque habentur, quanquam bonitas prima in Helicone genito tribuatur. Purgat per inferna pituitá, bilémque datum per se vel cum scammonia & salis drachma, siue tribus obolis. Coquitur & cum lenticula & cum iusculentis, alijsque quæ gratia purgationis sumuntur. Medetur morbis comitialibus, melancholicis, insanientibus, articularijs doloribus & defectis. Appositu menses euocat, partus extinguit. Fistulas purgat demissum, & tertio die ablatum. Auribus in grauitate inditur, eximèdum post tertium diem. Scabiem cum thure, aut cera, & pice, atque oleo cedrino perunctis sanat. Per se vero ex aceto vitiliginas, lichenas, atque lepras tollit. Dentium dolorè in aceto decoctum, si colluatur os, mitigat. Eroditibus admiscetur. Hydropicis imponitur cum farina hordeacea & vino. Cum vitibus fato eo iuxta radices, medicatú nascitur vinum purgationibus quæredis efficax. Huius aspersu domos expiari credunt. Proinde qui sunt effossuri, stantes Apollini Aesculapióque apprecantur: obseruantque aquilæ volatus, vt quæ non sine periculo succidentium interueniat. nam si effossionè ellebori conspexerit ales, eodè anno qui eruet moriturum portendunt. Celeriter effodiendum est, quoniam aura, quæ subinde attollitur, caput aggrauat: quod quidem qui secturi sunt cauentes, allium præsumunt, ita muniti ad opus pergunt, nulli iam patentes noxæ. Emedullatur hoc perinde vti candidum. Sesamoides alij sesamida, alij elleboron Anticyrense appellant, quoniã albo veratro in purgationibus misceatur, rutæ aut senecionis similitudinè habet, folio paruo, flore candido, radice gracili, nullius effectus, granum sesamæ, gustu amarum. Sesamoides maius à similitudine nomen accepit. Hoc nascitur in Anticyra, nec alibi quod inuenerim.

40 Hoc & elleborum à Theophrasto dicitur vt in candido notauimus. Ventrè purgat. Datur tritum ad pituitæ bilisque deiectiones quantum tres digiti comprehenderint, addito veratri albi sesquiobolo cum aqua mulsa. Aliud sesamoides, quod minus cognominat, cauliculis palmi, folio coronopodis, minore, pilosiore, à cacuminibus capitula, floribus fere purpureis, medio candidis, seménque continentibus sesamæ, amarum & rufum, exili radice. Granum dimidio acetabuli ex aqua

mulsa potū bilem & pituitā deijcit: illitum vero ex aqua panos, tumorēsq; discutit. Galenus hoc sesamoides candidū appellat. Sesamoides Plinio à similitudine nomen accepit, grano amaro, folio minore. nascitur in glareosis. Detrahit bilem in aqua potū. Semen illinitur igni sacro, discutit panos. Est etiamnum aliud sesamoides Anticyræ nascens, quod Anticyricon vocant, cætera simile erigenti herbæ. Granum sesamoidis datur in vino dulci ad detractiones quantum trinīs digitis capitur. Miscent ellebori albi vnum & dimidium obolum, purgationē eam adhibentes insanæ melancholiæ, comitialibus, podagris: & per se drachmæ pondere exinaniunt.

¶ *Cucumis anguinus. Elaterium.*

Cap. CXL. 10



Icys agrios, alij elaterium, Romani cucumerem anguinum, alij cucumim syluestrem, fructu tantum à satiua distat, multo minorem habens & glandibus longiusculis similem, ramis & folijs paribus, radice alba, grandi. ruderibus sabulosisque nascitur, toto frutice amara. Cucumim syluestrem Plinius tradit esse infra magnitudinem satiui. Cucumim qui magnificant, nasci præcipuum in Arabia, mox Cyrenis, alij in Arcadia tradunt similem heliotropio, cuius inter folia & ramos provenire similitudine iuglandis semen: esse autem ad speciem scorpionis cauda reflexa sed candida. Aliqui ab eo scorpionum cucumim vocant, efficacissimum contra scorpionum ictus & semine, & elaterio, ad purgandos vteros aluōsq; . Modus proportionē virium à dimidio obolo ad solidum, copiosius necat. Sic contra phthiriasin bibitur & hydropises. Illitum anginas & arterias cum melle & oleo vetere sanat. Multi hanc esse apud nos qui *anguinus* vocatur, ab alijs *erraticus*, arbitrantur, quo decocto sparsa mures de eius medicina non attingunt. Idem podagris cum articularum morbis decoctum in aceto illinunt præsentaneo remedio: lumborum vero dolori semine sole siccato, dein trito in triginta denariorū pondere in hemina dato aquæ. Sanat & humores subitos cum lacte mulierum. Foliorum succus, vt placet Dioscoridi, auribus instillatur in dolore. Radix cum polëta veteres omnes digerit tumores, cū resina vero terebinthina rūpit tubercula. Ex aceto cocta podagris illinitur. Ad coxendices subter in aluū datur, succoq; dētium medetur doloribus. Arida teritur ad vitiligines, lepras, lichenas. Cicatricibus nigris colorem reddit, & in facie maculas emendat. E' succo radicis sesquiobolum dant proportionē minima: è cortice vero acetabuli quadrantem, ad pituitā bilēmq; deijciendam, idq; ad hydropises maxime. Purgationē sine stomachi iniuria molitur hac ratione, Radicis selibra in vini Libyci sextarios teritur. Ex eo ternos cyathos diebus tribus dedisse satis est, vsq; tumor alui abunde subsidat.

Ex cucumere syluestri seu anguino medicamentū fit quod vocatur elateriū, hac ratione, Cucumeres eligis, qui simul atque tanguntur exiliunt, & à pediculo recedunt. Seruantur autem decerpti nocte vna, postero die super craterem, rarum componis cribrum, & cultellum supinum collocas, ita vt aciem supernè contineat, deinde vtraque manu adnixus singulatim decussas, mox humorem exprimis cribro, in subiectum craterem: carnosas quoq; partes, quæ offensa cribri pexitate prohibentur effluere, identidem apprimis, opere peracto suc-

cum eum pateris considerare. Reliqua vero in peluim abiecta, mox in aceruum
 composita super cribrum aqua dulci perfundis, subindeque comprimis. Deinde
 de ijs abiectis, quod in peluim transfusum inuenitur, cōturbas, ad opertumq; lin-
 teo profers ad solē: & vbi coierit, aqua omnis, quæ innatat, effunditur cum spu-
 5 ma, idque sæpius, donec procumbat: tum exprimitur, vt ne stillicidia restent hu-
 moris, sedimentumq; teritur, & in orbiculos cogitur. Quidam ad coercendam
 protinus succi abundantiam constrata humo cinere per incerniculum emisso ca-
 ueolam infodiunt, & elaterium cum aspergine tota superinfundunt, linteo pri-
 us triplici expanso per quod effluat, siccatumq; mortario, vt dictum est, conte-
 10 runt. Aliqui marina perfundunt, nonnulli ad extremum aquam mulsam insper-
 gunt. Experimentum optimi est, vt in candido modice exudet, sine pondere, si-
 ne scabritia, gustu amarissimo: quodq; lucernis admotum facile accendatur. Im-
 probatur asperum, turbulentum, herbaceum, aspectu medio inter eruum & cine-
 rem, quod & ponderosum est. Admiscetur ab aliquibus amyllum candoris men-
 15 tiendi gratia, & ad fallendum pondus. Elaterium v su purgationum à bimatu inci-
 pit esse tempestiuum, duratq; decennio. Maxima potio solidus obolus, minima
 semiobolus, pueris chalci duo sufficiunt. Copiosius sumitur periculo. Vtraq; par-
 te bilem pituitamq; trahit, præcipua in difficultatibus spiradi purgatione. Cum
 ex infernis deiectio petenda est, duplum salis est adiiciendum, & stibij quantum
 20 colore suo inficiat. Modus dandi magnitudo erui per aquam, ita vt subinde cya-
 thus egelidæ sorbeat. Ad vomitum ciendum aqua diluitur, & locis sub linguam
 penna subinde intro adacta collinitur. Aut si quis etiam difficile vomitione eli-
 ciat, subactum cum oleo aut irino vngueto peruincet. Vetandi sunt dormire qui
 potant. In purgatione autem immodica vinum cum oleo sæpius præbendum, vt
 25 inanitio fine capiat. Quod si vomitio non deponit, occurrent ei aqua frigida, &
 polenta, & posca, & poma quæcūq; stomachum densant atq; contrahunt. Elaterium
 foeminas purgat, abortum grauidis facit. Prodest regio morbo cum lacte mulierum na-
 ribus infusum, & veteribus capitis doloribus. Anginis efficacissime sublinitur cum
 melle, aut oleo, aut felle taurino. Nullum ex medicamentis longiore æuo durat, du-
 30 centos enim annos vim eius pollere Theophrastus asserit. melius quo vetustius.
 vsq; ad quinquagesimum lucernas adhibitum extinguit. Hoc enim veri experimen-
 tum est, si admotum priusquam extingat scintillare sursum ac deorsum cogat. Palli-
 dum ac leue herbaceo ac scabro melius. Elaterium tempestiuum est autumno, incipit
 à trimatu. Si quis recentiore vti velit, pastillos in nouo fictili domet. Purgat mu-
 35 lieres elaterium, sed grauidis abortum facit. Suspiriosis prodest, morbo vero regio in
 nares coniectum. Lætigines & maculas è facie tollit in sole illitum. Elaterium fit ex suc-
 co expresso è semine cucumeris syluestris. Huius causa maturius secatur, alio-
 qui semine exilit oculorum periculo. Arundine veteres incidebant. Seruatur autem de-
 cerptus vna nocte, postero die scinditur. Semine cinere cōspergitur ad coercendam
 40 succi abundantiam: qui expressus excipitur aqua cælesti atq; subsidet, dein in sole
 cogitur in pastillos ad magnos mortaliū vsus. Obscuritates & vitia oculorum san-
 nat, genarumq; vlcera. Tradunt hoc succo tactis radicibus vitiū, non attingi vvas
 ab auibus. Radix huius ex aceto cocta podagris illinitur, succoq; dentium dolori
 medetur. Arida cum resina impetiginē & scabiē, quæ psorā, & lichenas vocāt, paro-
 45 tidas & panos sanat, & cicatricibus colore reddit. Foliorum succus auribus surdis

cum aceto instillatur. Ad hunc succum cucumis anguinus autumnno carpitur. Satiui cucumeris trita radix, & drachmæ vnus pondere pota in hydromelite vomitus ciet. Si quis facile secundū cœnā vomituriat binis obolis sit contentus.

¶ *Staphis agria. Thapsia.*

Cap. C X L I.



Taphis agria Romanis herba pedicularis dicitur, folium habet 5
labruscæ, diuisurisque scissum, cauliculis rectis, nigris, flore isa-
tis. fert folliculos verius quàm acinos, virides, similes ciceri, &
in ijs semen triangulum, scabrum, in nigro subrubrum, intus
album includitur, gustu acri. Plinius astaphin agriã vel staphin
vuã taminia ab aliquibus, vt Celso, vocari falso existimat, suũ 10
enim genus habet cauliculis nigris, rectis, folijs labruscæ. fert folliculos verius
quàm acinos, virides, similes ciceri, in ijs nucleum triangulum. Maturescit cum
vindemia, nigrescitque cum taminia rubentes nouerit Plinius acinos: sciuerit il-
lam in apricis nasci, hanc non nisi opacis. Pituitaria quoque dicitur, officinis ho-
die *staphisagria*. fruticat ea cauliculis nigris, rectis, labruscæ folijs, flore subcæsio, 15
folliculis verius quàm acinis, herbaceis, cicericis similitudine, in quibus nucleus tri-
angulus cum vindemia nigrescens. inuenitur in opacis. Nucleis huius ad purga-
tiones vti non censet Plinius, propter ancipitem strangulationem: nec pituitam
oris siccandam, fauces enim lædunt. Phthiriasi caput & reliquũ corpus liberant
triti, facilius admista sandaracha: item pruritu, & psoris. Ad dentium dolores de- 20
coquuntur in aceto, ad aurium vitia, rheumatismũ, cicatricum, vlcerũ manan-
tia. Flos tritus in vino bibitur contra serpentes. Semen idem abdicat propter ni-
miam vim ardoris. Quidam & pituitariam vocant, & plagis serpentiũ vtique il-
linunt. Ex eo nucleos quinos denosve Dioscorides tribuit in aqua mulsa biben-
dos, vt crassi humores vomitionibus expurgarentur: sed qui sumpserit, postea 25
inambulet, præsto ei debet esse aqua mulsa continuo, propter anceps strangu-
lationis periculum & nimiam ardoris, qua fauces infestant. Phthiriasin triti & in-
uncti cum oleo nuclei, item pruritu & psoras enendant. Plurimam pituitam
commanducati cient decocti in aceto. Dentium dolores mitigant, gingiuarum
quoque rheumatismos compescunt. Medentur oris vlcerebus admisto melle. 30
Adduntur in adurentia malagmata. Thapsiam, alij hypopion, Romani feru-
laginem, aliqui ferulam syluestrem vocant, in Thapso eiusdem nominis insula
primum inuenta est, indeque appellatio quæsitã. In totum porrò natura ferulæ
thapsia est, caule tamen graciliore, fœniculi folijs, in cacumine singulis ramulis
umbellas anetho similes ferens, & super eas luteos flores, semen latiusculũ qua- 35
le in ferula, duntaxat exilius, radice magna, interius candida, nigro cortice. Se-
men ferulæ thapsiam quidam vocauerunt. Nulli fruticum leuitas maior est, ob
id gestata facilius baculorum vsum senectuti præbet. Ferula sine dubio, vt Pli-
nius existimat, est, sed sui generis, folijs fœniculi, inani caule, nec excedente ba-
culi longitudinem, semen quale ferulæ, radix candida, incisa lacte manat, & con- 40
tusa succo, nec corticem abdicant, omnia venenata: quippe etiam fodientibus
nocet, si nimia aspirat aura, intumescunt corpora, faciem inuadunt ignes sacri,
ob id cerato prius illinunt. Quibusdam tamen morbis auxiliari tradunt medi-
ci, permistam alijs: item in alopecijs, sugillatisque, ac liuentibus. Thapsia in Afri-

ca vehementissima. Quidam caules incidunt per messes, & in ipsa excavant radice, quo succus confluat, arefactumq; tollunt. Alij folium, radicem in pila tundunt, & succum in sole coactum diuidunt in pastillos. Nero Cæsar claritatem ei dedit nocturnis grassationibus, conuerberatam faciem illinens cum thure cerâq; sequenti die contra famam cutem synceram circumferēs. Dioscorides rationem legendi succi sic exposuit, Radix circumfossa, laxato plaga cortice, lacte manat. Sunt qui fornicem in ipsa excavent radice, mox operiant, vt purior succi sinceritas confluat: postridie accedentes succidunt eam, & tollunt: tum contusa & organis atque fisco expressa reddit succum, quem fictili crasso exceptum siccant in sole. Alij folium quoq; vnâ tundūt, quod genus infirmum viribus est. Discernitur qui è radice sit succus virulentior. Sentitur, durâtque madidus; contrâ siccescit qui folijs exprimitur, & teredines facile noscit. Excepturi lachrymam cauent contrarium ventum, magisq; vt tranquillo ab omni flatu cælo id fiat quærendum, alioqui facies intumescit, & pustulæ adustis similes inuadunt nuda corporis, tam vehemēs est spiritus qui ab ea proficiscitur: ob id prius liquidiore cerato & astringēte nudas illinunt partes, deinde ita muniti manus admoliūtur operi. Vfus eius in medicina purgandi, cortice radice & succo: item lac, quod ex incisa legitur, ita vt bibatur ex aqua mulsa. Hæc omnia vtrinq; detrahūt bilem. Radix obolis quatuor cum anethi semine tribus drachmis, succus obolis tribus, lac singulis obolis datur: largiore potu periculum adferunt. Purgatio hæc priuatim suspiriosis, doloribus laterū veteribus, pituitis gulæ adhærescentibus cōuenit. Iis qui eas difficile reijciunt, in cibos & obsonia conditur. Radici & liquori vis extractoria ex alto ad cutem, intérque prima pollet vbi facilitas meatuum quæritur: quapropter succus illitu, radix adfrictu alopecias explent. Sugillata liuorēque radix cum æquis thuris & ceræ portionibus tollunt, sed non plus binis horis adhærere patiantur. subinde marina aqua calida se foueant. Vitia cutis in facie cū melle illitus emendat, lepras rapit, tubercula discutit perunctus cum sulfure. Veteribus malis laterū, pulmonū, pedum, articulorū efficaciter illinitur. Ad verpos decurtatos alia q̄ præcisionis causa pollet, tumorem enim ijs partibus attollit, qui pinguium fotu remollitus cutem penis extendit, ita vt contacta colis glande, iacturâ resarciatur. Ad lichenas vtuntur radice trita cum melle. Apud Theophrastum thapsia illustrat sugillata & liuentia, quoniã vt ait Aristoteles, suo calore sanguinem refrigerare prohibeat, cuius concretu cutis liuet, vt non sit mirū Nerōnem hoc remedio conuerberatā faciē emendasse. Thapsia ob humoris abundantiam opus suū, vt Galenus author est, sero perficit & facile corrūpitur. Thapsos in Theocrito poeta legitur herbæ genus tingendis lanis vtile, qua & capillus flavescat: diuersum tamē an idem sit thapsos & thapsia cæteris iudicandū relinquo.

¶ *Spartion. Silybon.*

Cap. CXLII.

40 **S**partion, alij lobon, alij ligon, frutex est virgas longas habens, sine folijs validas atque lentas, vinculorum vsu præcipuas vitibus festucandis alligandisq; folliculos phasiolorum modo ferens, & in ijs semen lenticulæ: florem luteum, similem albæ violæ. Sparton, siue spartion, genistam nonnulli vocant, fortasse quia genibus medeatur dolentibus, vel quia genu modo flexilis

fit ad nexus, multiplici tunicarū cortice sponte nascens, & quæ feri nequeat. Proprie aridi soli iuncus, aut terræ vitium, quia nihil ibi feri, nec nasci possit. Noxiū animalibus, præter quàm cacuminum teneritate. Cæterum duo sunt sparti genera, vnū quod genistam vocauimus, de quo supra dictum est: alterum quod in Hispania & Africa funibus nascatur, leucea vel lygea potius dictū ab Athenæo. Dubitauit ante nos Plinius. Dioscorides certe cum sparton dixit, genistam videtur intelligere, cuius florem in coronas addebāt, apibus gratissimū. Semen quoq; ipsum Græci sparton eodem nomine appellant. Asia è genista facit lina piscatoria, egregie durantia, frutice madefacto decē diebus. Hac & vites alligat, vt Galenus inquit. Sparti vsus quidem multis post Homerum seculis institutus videtur, quoniam cum sparta dissoluta dixit, significauerit potius fata, in agro Thebano copiosa, vt Varroni & Plinio placere video: nec ante Pœnorum arma, quæ primum Hispaniæ intulerunt. In Africa exiguum & inutile gignitur. Hinc strata rusticis eorum, hinc ignes facésq; hinc calceamina & pastorum vestis. Ad reliquos vsus laboriose vellitur, in hyemem vix, facillime tamē ab Idibus Maijs in Iunias. Hoc maturitatis tempus. Ager, vnde colligitur, minus triginta passuū in latitudinem patet à litore Carthaginis nouæ, minusque in longitudinem: longius enim vehi prohibēt impendia, ideo spartum aliter etiam diuulsū natura interpolatur, rursusq; quàm libeat vetustum nouo miscetur. Sparto fere vtilius nihil nauium armamentis, machinis ædificationum, alijsq; desiderijs vitæ, inuictum in aquis & mari, sicut in sicco funis è canabe. Spartij semē & flores egregie purgāt obolis quinque in aqua mulsa potis ellebori vice, citra periculum. Semen ipsum exinanit aluum trahendo. Ramis in aqua madefactis succū dant ischiadicis, anginis vtilem cyathi vnus potu ieiunis. Quidam falsilagine vel marina aqua macerare malunt, & subter ischiadicis in aluum dare. Detrahit cruenta strigmētāq; intestinorū. Silybon spina est lata, folijs chamæleonti candidæ similibus, quæ recens nata coquitur, & cum oleo & sale manditur. Succus è radice drachma potus ex aqua mulsa vomitiones cit. Plinius chamæleoni albo similem fecit, spinosam, ne in Cilicia quidem, aut Phœnice vbi nascitur, coquere tanti est: ita operosa eius culina traditur. In medicina nullum vsus habet.

¶ Narcissus.

Cap. CXLIII.



Narcissus, quidam & hanc tanquam liliū, appellauerunt lirion, folijs porri minoribus angustioribusque, caule inani, libero folijs, supra semipedem alto, flos cādīdus, croceo intus medio, in quibusdam purpureus, radice alba interius, rotunda, bulbacea, semen velut in mēbrana nigrum, prælongum. Optimus in montanis odoratusque nascitur, reliquum genus herbaceum colore odoréque est. Caulis, vt est Theophrastus author, & cum eo flos erumpit, vt in croco antequam foliū, quod nō antè quàm reflorescat cernitur. Caulis cū flore suo emoritur. Radix bulbo assimilis, nisi quod nō est squamata. Narcisso foliū albuci, terræ proximum, sed latius, vt lilio pingue, frequēs, angustum, caule sine folijs herbaceo. Flos in cacumine & post Arcturum, & circa æquinoctiū, ac vere: item post liliū, ac violam flammeā vocatam, mēbrana inclusus ceu vasculo, ampliusculus, nigricans, oblongus, qui defluens sponte germinet, præfertimq; de-

fixus in terrā manu. Seritur & radice ampla, carnosā, rotunda. Narcissus ter flo-
 rendo tria sationum tempora demonstrat, in coronamenta flore veniens. Scien-
 dum porrò cum ex Theophrasti sentētia florem eius nigrum dici legimus, non
 de flore ipso, quem candidū esse conuenit, sed de semine intelligi, quod & mem-
 5 brana contegi, & nigrum & praelongum esse constat, quo in terrā cadente pro-
 pagat se, atque serit narcissum. Theophrasti morem fuisse lirion pro narcisso di-
 cere Iulius Pollux est author, Homerum vero liri appellatione cōplecti florum
 omne genus. Narcissum ab adolescente suimet amore capto, & in eum florem
 conuerso, natum in Bœotia Thespienses garrunt, fontem Donaca monstrātes,
 10 vbi se specularetur puer stultissimus, qui vmbra suā nesciret distinguere. Coar-
 guit hāc fabulam vetustissimus poeta Pamphilus, qui Proserpinam multis an-
 nis, antequam Narcissus esset, captam à Plutone cecinit carpentem narcissos. A
 narce, hoc est torpore dictum cēset Plinius, quoniam caput grauet, non à fabu-
 loso puero. Duo hęc, inquit, genera in v su medici recipiunt. vnum flore purpu-
 15 reo, alterum herbaceū. Omnes serotini, post arcturum enim florēt ac per æqui-
 noctium autumnū. Faciē alij aliter referunt. Theophrastus demonstrat folijs sta-
 tim ab radice angustis, frequentibus, pinguibus, instar lilij, caule humili, nudo,
 herbacei flore nigro, oblongo, incluso membrana veluti vasculo, radice ampla,
 carnosā, & in bulbi modū rotunda. Dioscorides porri folijs repræsentat, angu-
 20 stioribus, caule palmari, concauo, neque foliato, flore candido, calyce purpureo,
 semine atro, longiusculo, quod folliculis cōtinetur, radice candida, rotūda. Oui-
 dius flore croceo nitere, & candido ambiri cecinit hoc carmine,

Nusquam corpus erat croceum, pro corpore florem
 Inueniunt, folijs medium cingentibus albis.

25 Descriptione Dioscoridis frequens apud nos reperitur in montibus, sed nomi-
 ne vacat rustico. Radix mulsei est saporis, ambustis prodest cum melle exiguo:
 sic & vulneribus, & luxatis, panis vero cum melle & farina auenæ. Sic infixā cor-
 pori extrahit, in polenta tritus oleoq; contusus. Medetur & lapide percussis. Pur-
 gat vulnera permistus farinae. Nigras vitilignes emaculat. Stomacho inutilis,
 30 ideo vomitorius, aluos quoq; soluens, neruis inimicus, caput aggrauans. Ex hoc
 flore fit oleum ad emolliendas duritias, calcifienda quæ alserint. Auribus vtilis-
 simus habetur, sed capitis dolores facit. Radix, vt scribit Dioscorides, siue estur,
 siue bibitur vomitoria est. Ambustis igni prodest cū exiguo melle trita. Præcios
 nervos illita glutinat. Talis luxatis, doloribus articulorū vetustis cum melle trita
 35 collinitur. Molestias cutis in facie, vitiliginēsq; cum semine vrticæ acetōq; obli-
 terat. Vlcera colluuiem cum eruo & melle detergit. Abscessus rumpit conco-
 ctioni repugnantes. Infixa corporibus extrahit cum melle illita & lolij farina.

¶ Hippophaes. Hippophæston. Ricinus.

Cap. CXLIII.

40 **H**ippophaes siue hippophyes, quidā hippophanes, Romani lapp-
 paginem, & lappulam vocarunt. Vtuntur eo fullones concinnā-
 dis vestibus. In maritimis sabulosisq; nascitur, opaco frutice, sur-
 culoso, denso, folijs oleæ angustioribus, mollioribus, & inter ea
 spinis arentibus, candidis, angulosis, geniculatim inter se distan-
 tibus, floribus hederę corymbis similibus, racematim congestis,

& inuicem imminentibus acinis, minoribus tamen & mollioribus, albidis, ex parte rubētibus. Radix crassa, mollis, amara, lacte madēs, quod thapsiæ modo suscipitur. Hoc autē per se conditur, aut in eruina farina digeritur in pastillos. Hippophyes in sabulosis maritimisq; nascitur spinis albis, hederæ modo racemosa est, candidis, & ex parte rubentibus acinis. Radix succo madet, qui aut per se conditur, aut pastillis farinae. Hæc bilem detrahit obolo ponderis saluberrime cū mulsō. Est altera hippophyes sine caule, sine flore, folijs tantum minutis. huius quoq; succus hydropicis mirè prodest. Debēt accōmodatæ esse equorum naturæ, neq; ex alijs causis nomen accepisse: quippe quædam animalium remedijs nascuntur locupleti diuinitate ad gerēda præsidia. Lappaginem Italia appellat. Similis, inquit Plinius, auagallidi lappago videretur, nisi esset ramosior, odore graui. quæ talis est, mollugo dicitur: quæ vero asperioribus folijs, asperugo. Prior succus hippophais, qui syncerus est, bilem, aquam, pituitas detrahit oboli pondere per inferna: posterior quatuor obolis in aqua mulsā. Superficies cum radice arefacta tunditur, & cum melle misto datur farina eius ad eundem effectum, cum aquæ mulsæ dimidia hemina. Exprimunt & radicem, & folium quemadmodum thapsiæ.

Hippophæston, aliqui & hippophaes appellant, nascitur & eisdem locis, fullo-nibus & ipsa vtilis, serpens humi, folijs tantum minutis, aculeatisq;, spinosis item capitulis, sine flore, sine cauliculo, crassa & molli radice. Hac folio & capite succus exprimitur. Hippophæston, vt Plinius inquit, nascitur in spinis, quibus fiunt æneæ fullonię, sine cauliculo, sine flore, capitulis tantum inanibus & folijs paruis, multis, herbacei coloris, radículas habēs albas, molles. Succus earum exprimitur æstate ad soluēdam aluū, tribus obolis, maxime in comitialibus morbis & tremulis, hydropicis, cōtra vertigines, orthopnœas, & paraly ses incipiētes. Inter herbas quæ fruticibus circūuoluūtur notatur spina fullonia, vt Plinius tradit, hippophæston, cauliculis inanibus, folijs paruis, radice alba, cuius succus ad detractiones in comitali morbo vtilissimus habetur. Sed hippophæston aliquibus videtur hæc quam Plinius quoque hippophyes nominauit Theophrastum secutus, qui ex tithymalo hippophaes optimum confici apud Tegeam nouerat, haberiq; in pretio. Sicuti ex cucumere syluestri factitatur elateriū, ita ex tithymalo hippophaes Theophrasto. Aliqui ea ratione colligunt eandem esse hippophæston & molluginem, quæ dicatur lappago, quod neruorū causis vtilem affirmet Dioscorides, vt Plinius molluginem. Cæterum hac specie vidimus hippophæston, humilē herbam sine cauliculo, sine flore, capitulis tantū spinosis, folijs exiguis, radiculis mollibus, albis: estque spinæ fulloniæ genus, concinandis vetustibus quæsitæ. Hac folio & capite succus exprimitur, qui siccatus tribus obolis cum aqua mulsā aquā, pituitasq; detrahit, priuatim comitialibus, neruorū valetudinibus, & orthopnœis cōuenienti purgatione. Cici siue croton, Romanis ricium, alij lupā, alij crotonem, & ricinū à similitudine animalis foedi, cū semina fruticis huius appellātrinos. Paruæ ficus magnitudine con surgit, folio platani, læuiore, nigriore, maiore, ramis & caudice arundinum modo concavis, semine vuarū aspero, quod purgatum effigiem ricini animalis repræsentat. Ex hoc cicinum oleum premitur cibus quidem foedum, sed lucernis emplastrisq; vtile. Fit oleum, vt Plinio placet, ex cici arbore in Aegypto copiose, alij crotonem, alij ricinum, alij sesamum syluestre appellant: ibique non pridem, sed in Hispania repente prouenit, altitudi-

ne oleæ, caule ferulaceo, folio vitium, semine vuarum gracilium pallidarumque. Latini vocant eam ricinū à similitudine seminis. Coquitur id in aqua, innatansque oleum tollitur. At in Aegypto, vbi abundat, sine igni & aqua sale aspersum exprimitur, cibus fœdum, lucernis vtile. Ricino folia in iuuenta circinatę sunt rotunditatis, vetustiora in angulos exeunt. Foliorū vnitas in suo cuiq; genere permanet, præter quàm populo, hederæ, crotoni, quam ricinum diximus appellari. Cici arbor Herodoto sillocyprium vocatur, à Latinis ricinus, vt & ipsum quoq; animal canibus præcipuè infestum. Sed ouibus quoque molestos esse ricinos testis est Cato. Vulgus Italicum *tica*, quasi cica, græca imitatione, vocat. Fruticę recentiores herbarij *cataputiam maiorem*, vulgus Gallicū, item officinæ *palmam Christi* appellant, quòd folium in humanæ manus effigiem articuletur: *catapotia*, quòd in pilulis maioribus semina claudantur. Nusquam non feritur apud nos in hortis ad arcendam effodientium talparum, vt volunt, iniuriã. instar arboris paruę profilit, folio platani maiore, vel vitium, ramis caudicibusque cauis, & in arundinis modum fistulosis, semine in vuis asperis, quod corticibus exutum ricinū animalis effigiem repræsentat tam proxime, vt si vita adesset, plane ricinus videretur. Triginta huius grana putaminibus purgata potu pituitã, bilem, & aquas per aluum deiciunt. Vrinas etiam mouët admodum iniucunda fastidiendaque positione, præterea vehemens redundatio stomachi subuersioque sequitur. Tusa & imposita varos, maculasq; sole contractas emendant. Folia trita cū polenta oculorum tumores & epiphoras sedant, turgentium mãmaram inflammationes coercent. Eadem cum aceto illita sacros ignes restingunt. Cicinum oleum bibitur ad purgationes ventris cum pari caldæ mensura. Priuatim dicitur purgare præcordia. Prodest articulorum morbis, duritijs omnibus, vuluis, auribus, ambustis: cū cinere vero muricum, sedis inflammationibus, item psoræ. Colorem cutis commendat, capillūmq; fertili natura euocat. Semen ex quo fit, nulla animans attingit. Ellychnia ex vua fiunt claritatis præcipuæ, sed ex eo lumen obscurum propter nimiam pinguitudinem. Folia igni sacro illinuntur ex aceto: per se autem recentia mammis & epiphoris. Eadem decocta in vino inflammationibus cum polenta & croco, per se autem triduo imposita faciem purgant.

¶ *Tithymali septem.*

Cap. CXLV.

Tithymalus herbæ nomen. Genere septē. characias qui & masculus existimatur, ab aliquibus cometes, amygdaloides, atq; cobios vocatus: secundum fœminã putant, myrtyten appellant, alij caryiten, myrsiniten: tertio cognomētum paralius siue tithymalis: quartū helioscopion: quintum cyparissiam: sextum dendroides: septimū platyphyllon tithymalon. Latini herbam lactariam vocant, alij lactucam caprinam. Narrant lacte eius inscripto corpore, cum inaruerit, si cinis inspergatur, apparere literas, & ita quidam adulteras allos qui maluere quàm codicillis. Appellatur Græcis primum genus tithymali characias. caules habet longitudine cubitali & supra, rubros, lacteo succo atq; acri mardentes, folijs oleæ angustioribus, longioribusq; radice crassa, lignosa. Pendent in cacuminibus caulium comęiunci, sub quibus caueolę foliolis balnearum similes, in quibus semen nascitur in asperis, mōtosis. Primus, vt Plinius refert, characias,

qui & masculus existimatur, ramis digitali crassitudine, rubris, rugosis, quinque; aut sex, cubitali longitudine, à radice folijs pendulis, in cacumine coma iunci. nascitur in asperis & montanis. Legitur semen autumno cum coma, siccatum sole tunditur, & reponitur. Succus incipiente pomorum lanugine, defractis ramulis excipitur farina erui, aut ficis, ut cum ijs arefeat: quinas autem guttas singulis excipi satis est, traduntque; toties hydropicos purgari fico sumpta quot guttas lactis exceperint. Succus cum colligitur, ne attingat oculos, cauendum est. Fit & folijs tuis priore minus efficax. Fit & decoctum è ramis. Est & semen in usu cum melle decoctum ad catapotia soluenda alui gratia. Semen & dentium cauis cera includitur, colluuntur & radicis decoctum vino & oleo. Illinunt & lichenas succo, bibuntque; eum ut purget vomitione, & aluo soluta, aliàs stomacho inutile. Trahit pituitam sale adiecto in potu, bilem aphroditro. Si per aluum purgari libeat, in posca: si vomitione, in passo aut aqua mulsa. Media potio tribus obolis constat. Ficos à cibo sumpsisse melius est. Fauces vrit leniter, est enim tam feruetis naturæ, ut per se extra corpori impositum pustulas ignium modo faciat, & pro caustico sit in usu. Linguam excalfacit bulbi more tithymalus. Ad lichenas laudatur cum resina decoctus. Phagedænis, quod nomen sine modo esuriens est, & alijs vlcere tithymali medentur cum sesamis. Spicula sagittariorum extrahunt. Gangrænas, putria, phagedænas emarginat, priuatim characias succo, vel ramorum decocto, cum polenta & oleo. Sanat item hydropicos, platyphyllon etiam cognomine. Tithymali ramorum medullam habentes ad venerem proniores fieri dicuntur. Characias Gallis nunc magna ex parte expurgia nominatur, rusticis euigilium matutinum, aut quia repurget, aut antelucano molens deiectionem expurgare sumentem cogat. siquidem sesquipedali proceritate digitalique crassitudine provenit, quinque senisve caulibus, folijs oleæ sed longioribus, leniter puniceantibus, circa radicem duntaxat angustioribus, nam in cacumine iunceam comam gerit radice aspera, crassa. inuenitur in asperis. Succus, ut est Dioscorides testis, alui deiectionem ciet: trahit pituitam bilemque binis obolis in posca sumptis, & cum aqua mulsa vomitiones mouet. Hic circa vindemias congestis in fasce ramulis, mox decisis excipitur, qui concludi debent in vasa. Quidam succum excipiunt, farina erui in pastillos cogunt, erui magnitudinem implentes. Sunt qui ternas quaternasve eius guttas stillent in ficus, ut cum ijs inarescant, deinde reponunt. Per se etiam in mortario tusus, & in orbiculos digestus recoditur, dum urgeat necessitas in usum promendus. Cauendum præterea cum lac extrahitur, ne quò ventus aspiret leguli adsistant, item ne manus quoque oculis admolientur. quin potius oblinant corpus, faciemque: præsertim collum & inguina seuo aut oleo cum vino perungentes muniat. Fauces etiam exasperat, propterea cera aut melle decocto debet includi, sic sine iniuria transmittitur. Binas ternasve ficos purgationis gratia sumpsisse satis est. Lac eius recens perunctos in sole pilos extrahit, renascentes flavos & graciles efficit, tandem glabros ac depiles omnino reddens absumit. Caus dentium inditur ad mulcendos dolores, obsepiendus cera ne defluat, suoque delapsu fauces & linguam vitiet. Formicas verrucasque tollit. Thymos, pterygia, gangrænas, phagedænas, carbunculos, lichenas illitu rapit. Legitur semen autumno, siccatum sole leniter tunditur, purumque reponitur. Folia quoque non abdicantur usu similiter siccata. Semini & folio natura quæ lacti, sed modus variat. Dimidium acetabuli ex ijs iusta potio est. Quidam inueterat sale folia miscen-

tes lepidio lacte macerato, item caseo tuso. Radix in pastillos subacta drachmæ
vnius pôdere ad aluum trahendam in aqua mulsa bibitur. Eadem in dolore den-
tium aceto decocta colluitur. Secûdi generis est tithymalus fœmina, quam myr-
siniten, aut caryiten vocant. naturam habet daphnoidis, folijs myrti maioribus,
5 firmis, cacumine acuto pungentibus, rami ab radice exeunt semipedales. Fructû
fert alternis annis iunci similem, gustu mordaci. nascitur in asperis. Vis huic quæ
priori, succo, radice, folio, semine, ad vomitiones tantû eliciendas inualidior. Al-
terum genus tithymali, Plinio authore, myrsiniten vocant, alij caryiten, folijs
myrti, acutis, pungentibus, & ipsum etiã in asperis nascens. Colliguntur eius co-
10 mæ hordeo turgescente, siccataque in vmbra diebus nouem, in sole inarescunt.
Fructus non pariter maturescit, sed pars anno sequente, & nux vocatur, inde co-
gnomen Græci dedere. Demetitur cum messium maturitate, lauatum deinde
siccatur, & datur cum papaueris nigri duabus partibus, ita vt sit totum acetabuli
modus. Minus hic vomitionibus quàm superior, cæteri ijdem. Aliqui sic & foliû
15 eius dedere, nucem vero ipsam in mulso aut passo, vel cum sesama. Trahit bilem
& pituitam per aluum, oris vlcera sanat. Ad nomas oris folium cum melle estur.
Hac specie in nemoribus sæpe vidimus, folio multo maiore quàm myrti, acuto,
pungente, grauis odoris, ramulis palmeis, alternatis annis fruticâtibus, fructu nu-
cis similitudine, sed pauciori madet lacte. Nullum nomen ruri adhuc inuenit.
20 Tertium genus tithymali paralius vocatur, siue tithymalis, in maritimis nasci-
tur, ramis palmum altis, subrubentibus, quinis senisve ab radice, folio circa eos
in ordinem condito, paruo, contractiusculo ac prælongo vt lini videri possit, ca-
pite in summis ijs rotundo, semen complexo, vt eruum colore vario, flore albo.
Frutex totus & radix lacte scatet, eodem in vsu quo superiora, parique seruandi
25 ratione. Tertium genus Plinio paralius vocatur siue tithymalis, folio rotundo,
caule palmû alto, ramis rubentibus, semine albo, quod colligitur incipiente vua,
& siccatum teritur, sumiturque acetabuli mensura ad purgationes. Paralios à
Theophrasto coccos appellatur, peculiariter vulgus *euigilem matutinum* appellat,
furculis rubentibus, palmum altis, quinis senisve à radice exeuntibus, folijs lini,
30 angustis, paruis, oblongis, in ordinem digestis, capite in cacuminibus orbiculato,
in quo semen vt eruum emicat vario colore. Quartû genus helioscopon appel-
lant, folijs portulacæ tenuioribus atque rotundioribus, furculis à radice prodeû-
tibus quatuor aut quinque, tenuibus, altitudine palmi, rubentibus, albi succi ple-
nis, capite anethi, semine ceu in capitulis. gignitur maxime in ædificiorum rui-
35 nis & circa oppida. Lactis & feminis colligendi præceptio eadem seruanda. Pli-
nius quartû genus helioscopon appellat, folijs portulacæ, ramulis stantibus à ra-
dice, quatuor aut quinque, rubentibus, semipedali altitudine, succi plenis. Hoc
circa oppida nascitur semine albo, colûbis gratissimo, quod colligitur incipien-
te vua. Nomen accepit, quoniam capita cum sole circumagit. Trahit bilem per
40 inferna in hydromelite dimidio acetabulo, cæteri vsus qui characiæ. Quintum
cyparissiam vocant, caule palmeo aut etiam proceriusculo, subrubente, folijs pi-
nus tenerioribus exilioribusq; omnino vt nouella pinus possit existimari, de quo
& nomen accepit. Hic succo lacteo manat, cui eadem vis quæ superioribus. Cy-
parissiam vocant propter foliorû similitudinẽ, caule gemino aut triplici nascen-
45 tem in campestribus, cui eadem vis quæ superioribus traditur. Hic in campestri-

bus frequentissimus occurrit, & in totum nascētem pinum æmulatur, folio con-
 simili, molliore tantum & tenuiore. Sextum dendroides & petrophyes cognomi-
 nant, nascens in petris, opacans superne in orbem atq; comosissimum, succi ple-
 num, ramis subrubentibus, circa quos folia myrti tenuioris, semen characiæ. Eo-
 dem reponitur modo, eiusdem naturæ cuius cæteri. Septimū, vt inquit Plinius, 5
 dendroides cognominant, alij gobion, alij leptophyllon, in petris nascens copio-
 sissimum, ex omnibus maximè cauliculis rubētibus, & semine numerosum, eius-
 dem effectus cuius characias. Septimum platyphyllon vocāt, similem verbasco.
 Aquas radice vel folijs detrahit per aluum. Tufus & resolutus aqua pisces necat,
 quod cum supradictis generibus commune habet. Sextum Plinio platyphyllon 10
 vocāt, alij corymbiten, alij amygdaliten à similitudine, nec vllius sunt latiora fo-
 lia. Pisces necat, aluum soluit radice, vel folijs, vel succo, in mulso aut aqua mul-
 sa drachmis quatuor.

¶ Pityusa. Lathyris.

Cap. CXLVI.



Pityusam alij clema, alij crambion, alij canopicon vocant. Sepa- 15
 ratur sola specie à tithymalo cyparissia, ob id eam in tithymali
 generibus enumerant. Caulem habet maiusculum cubito, geni-
 culisq; densum, folijs minutis, exacutisque comprehensum,
 tenuibus & similibus piceæ, flore paruo, purpureo, semen latum
 forma lenticulari, radicem, quam appellant turbet, crassam, ma- 20
 didam succo. Quibusdam in locis amplitudo frutici eximia est. Pityusam qui-
 dam in tithymalorū genere numerant, frutex est similis piceæ, flore paruo, pur-
 pureo. Pityusa omnibus herbarijs officinisque ac recentioribus medicis *esula* no-
 minatur. siquidem *esula* fruticosa est, caule supra cubiti altitudinem assurgente,
 geniculato, folijs piceæ acutis, exilibus, flore paruo, purpureo, semine instar lēti- 25
 culæ lato, radice crassa, candida, lacteo succo turgente, quam recentiores Græ-
 ci, Barbarorum freti nomenclatura, *torpeton* vel *turbet* appellauerunt, vt supra in
 tripolij mentione docuimus, ex Actuarij sententia. Id tamen quod suprā scribi-
 tur radicem turbet appellari, crediderim additamētum posteritatis Græcæ huic
 accreuisse descriptioni: nō tamen omnino, quoniam faciat rei cognitionem, ex- 30
 plodendum esse putauimus, simul quòd disceptationi, quæ de turbit existit, quæ-
 dam iaciat fundamenta. Pityusa bilem & pituitam per aluum detrahit radix de-
 cocti hemina aut seminis ligula in balanis. Folia in aceto decocta furfures cutis
 emendāt. Mammæ quoque misto rutæ decocto, & tormina & serpentium ictus,
 & in totum collectiones incipiētes. Alui deiectionem molitur radice duobus de- 35
 narijs in vino pota, semine vno, lacte ligula collecto in catapotium farina, folio
 tribus. Lathyris, aliqui & tithymali vocabulo norunt, caule cubitali, vacuo,
 crassitudine digiti, in summo eo sunt alæ, folio in caule oblongo, amygdalæ si-
 mili, cæterum latiore læuiorēque. quod autem ramulorum cacuminibus exijt
 proceriusculū, aristolochiæ, aut oblongæ hederæ figura cernitur. In cacumi- 40
 nibus furculorum fructus extuberat loculamentis tribus distinctus vt capparit,
 rotūdus, in quo grana tria tuniculis discreta cōtinentur. Plinius lathyri folia mul-
 ta reddidit lactucæ similia (in reliquis inter ipsum & Dioscoridem cōuenit) mi-
 nora, tenuiora, germina multa, in quibus semen tuniculis continetur vt cappa-

ris: quæ cum exaruerè, eximuntur grana piperis magnitudine, candida, dul-
 cia, purgatu facilia. Herba officinis omnibus hodie *cataputia minor* dicitur, quòd,
 vt arbitror, in pilulis quibusdam, seu potius catapotijs, semen ferat: aut quòd
 granis soluendæ aluo pro catapotijs vtantur. Vulgus Gallicum rurâque vocât
 5 *espurgiam*, quòd ventrem inaniat, & si singula comparare libet, inuenies cataputię
 minori respõdere. nanq; cataputia caulem emittit cubitali longitudine, & digitali
 crassitudine. Gignũtur in fastigio alæ, & folia in caule oblonga, amygdalinis pro-
 xima, latiora & læuiora. Quæ autem in summis emicant ramulis, minora ijs, quæ
 caulem ambiunt, conspiciuntur, aristolochiæ aut longioris hederæ figura. In ca-
 10 cuminibus pilulas gerit triplici cellula cõceptaculõve distinctas, ceu capparin ro-
 tundas, in quarũ ventriculis grana intercurfantibus mēbranis discreta continen-
 tur, eruis maiora, rotunda, quæ corticibus exuta candida spectantur, gustatu dul-
 cia. Nullus radicis v sus. Nos vetustissimorũ testimonio freti, qui Dioscoridem ci-
 tant in authorẽ, id quod in græcis exemplaribus lubrico lapsu legebatur, ex ocu-
 15 lata rei fide correximus, addentes *μικρότερον* pro *μακρότερον*, subscribẽte nobis vete-
 rum iudicio, sed multo magis natiua rerum imagine. Lathyris grana vicena in
 aqua pura, aut mulsâ pota, hydropicos sanant: trahunt & bilem. Qui vehemen-
 tius purgari volunt, cum folliculis ipsis sumunt ea, nam stomachũ lædunt: itaq;
 inuentum est, vt cum pisce aut iure gallinacei sumerentur. Nullus Dioscoridi ra-
 20 dicis v sus. Totus frutex copia lactis turget. Granis huius septenis aut octonis ad
 catapotia, soluendæ aluo vtuntur. Hæc mandi solent & deuorari cum sicca ficu
 vel palmulis, vt subinde hauriatur frigida. Trahunt aquã, bilem, & pituitã. Suc-
 cus, modo quo de tithymalo, stringitur ad eosdem effectus. Folia cũ gallinaceo
 aut oleribus decoquantur, ad effectus eosdem.

25 **¶** *Peplios. Peplis. Chamæsyce.* Cap. CXLVII.

Peplos, quam aliqui *sycen*, alij *mecona* aphroden vocant, frutex
 est lacte manans, folijs paruis vt rutæ, paulo latioribus, coma
 palmi longitudine in orbem circumacta, humi fusa, semine sub
 30 folijs paruo, rotundo, minore quàm candidi papaueris. In hor-
 tis atque inter vites colligitur messibus, siccatũrque in vmbra
 sed vt identidem versetur. Semen quoque reponitur perfusum
 aqua. *Peplios*, vt Plinius inquit, quam aliqui *sycen*, alij *meconion* aphrodes vo-
 cant, ex vna radice tenui fruticat folijs rutæ, paulo latioribus, semine sub folijs
 rotundo, minore candidi quàm papaueris. Inter vites fere colligitur messibus,
 35 siccatũrque cum fructu suo subiectis aquis in quas incidant. *Officinæ esulam ro-*
tundam, rura nostra *vineale reuelium*, quòd fumentes antelucanis excitet in vineis
 inuentum, nominant. nanque inter vites & in hortis inuenitur, frutex lactei ple-
 nus succi, folijs rutæ paulo latioribus, circinata coma, palmari, humi procum-
 bente, fructu sub folijs rotundo, tribus loculis discreto, in quibus semen nigrum,
 40 papauerini magnitudine continetur. Semine potu aluus soluitur, bilis ac pitui-
 ta detrahitur. Media potio est acetabuli mensura in aquæ heminis tribus, & ci-
 bis inspergitur obsonijs que ad molliendam aluum. Bilis & pituita detrahitur a-
 cetabulo eius in aquæ mulsæ cyatho potu. Obsonijs inspersa conturbat aluum.
 Seruatur in muria. Peplis, alij *andrachnen agriam*, Hippocrates *peplion*

appellat, nascitur iuxta mare, largo frutice, folijs fatiux portulacæ, rotundis, infernè rubentibus, semine pepli modo sub folijs orbiculato, gustu feruenti, radice alba, vnica, sine vsu aliquo. Collecta reponitur. Præbetur sale inueterata vt peplos, pari potentia. Peplis non multum dissidens à superiore, solum natalibus & aliquantum folio. Maritimis hæc gaudet, illa vitibus, folio portulacæ fatiux, illa rutæ. Folia huius auersa rubent, semen vtrique rotundum sub folijs. Peplio Plinius vim eandem quam portulacæ tribuit. Portulacas syluestres vocari herbas treis inuenio, vnam quæ sit aizoi species, alteram cognomine telephion, tertiam peplim siue peplion. Sunt qui etiam apud græcos peplion pro senna modo appellata intelligant: ego longè diuersum puto genus, cum senna filiquas, & in ijs semen gerat, peplis non ferat. item peplis folio est portulacæ, senna fœni græci. Chamæsyce ramos habet digitorum quaternum in terram sparsos, orbiculatos, succulentos, folia lentis effigie, peplo similia, parua, tenuia, se nihil attollentia, semen sub folijs vt pepli, rotundum, nunquam florens, caule nullo, radice tenui, superuacua. Chamæsyce Plinio folia lentis habet, nihil se attollentia, in aridis petrosisque nascens. Claritati oculorum & contra suffusiones vtilissima, & cicatrices, caligines, nubeculas, in vino cocta inuncta. Vuluæ dolores sedat apposita in linteolo. Tollit verrucas omnium generum illita. Prodest orthopnoicis. Ramis huius in vinum comminutis dolores vuluæ in pello appositis sedantur. Tollunt ijdem tumores, verrucas, formicæque illiti. Succus ex ijs eadem præbet. Priuatim icibus scorpionum inunctus resistit. Ad suffusiones incipientes, nubeculas, cicatrices litus cum melle prodest. In petrosis & aridis nascitur.

¶ Scammonium.

Cap. CXLVIII.




Cammoniam, alij colophoniam, alij dactylion vocant, ramos habet multos ab vna radice, tricubitos, pingues, & quadantenus crassos: folia quoque hirsuta helxinæ aut hederæ, molliora, triangula: florem candidum, male olentem, rotundum, & cauum ceu calathus: radicem grauiter olentem, liquoris plenam, oblongam, crassitudine brachiali, candidam. Colligitur succus capite radice detracto, & in modum testudinis inuersæ incisa cauernula, vt in ipsam lachryma confluat: quæ deinde in mytulum excipitur. Quidam in terra fornicem fodiunt, & subiectis nucis iuglandis, in quæ decidat, folijs succum effundi patiuntur, quem inibi resiccatum demum tollunt. Scammonium Plinio succus est herbæ ab radice ramosæ, pinguibus folijs, triangulis, albis, radice alba, madida, nauseosa. nascitur pingui & albo solo. Radix circa Canis ortum excouatur, vt in ipsa confluat succus, qui sole siccatus digeritur in pastillos. Siccatur & ipsa vel cortex. Laudatur natione Colophonium, Mysium, Priennense, specie nitidum, & quàm simillimum taurino glutini, fungosum, tenuissimis fistulis, cito liquefscens, virus redolens gummosum, linguæ tactu lactescens, quàm læuissimum, cum diluitur albescens. Hoc euenit adulterino, quod fit erui farina & tithymali marini succo in Iudæa fere, quod etiã strangulat sumptum. deprehenditur gustu, tithymalus enim linguã excalfacit bulbi more, nec antè, nec postea vtilis. Dedere per se quaternis obolis ex aqua mulsa &

fale, sed vtilissime cū aloë, ita vt incipiēte purgatione inulsū bibatur. Fit & decoctū radicis in aceto ad crassitudinē mellis, quo lepre illinūtur, & caput in dolore perungitur cum oleo. Scāmonion stomachi dissolutionē facit, bilem detrahit, aluū soluit, præterq̄ si adijciatur aloës drachmæ duę obolis eius duobus. Comitiales sanat scāmoniū duobus obolis, cū castorij drachmis quatuor. Emortua pellit vtero potū vel appositū. Ischiadicis bibitur vel imponitur scāmonia decocta cū hordei farina. Panis medetur, etiā pestilētibus decoctū radicis cum melle. Scāmoniū Cicero & Plinius propriè succum intelligunt. Scāmonia frigida amat loca, pingui tamen & arido solo nascens. Lachrymā è radice sua fundit, quā in cotoneo malo coctam, quo minus stomachū offendat, recētior Græcia dacrydion, quasi lachrymulam vocat, corrupto nunc vocabulo medici *diagredion*. Circa Canis ortū excipitur. Vis bimæ, nec antè, nec postea. Laudatur Dioscoridi scāmonium nitidum, sine pondere, solutum, taurini glutinis colore, prætenuibus fistulis, fungosum, quale est quod ex Mysia, quæ in Asia est, defertur. Nec solum hoc experimento niti cōuenit, vt linguæ tactu albescat, hoc enim euenit adulterino, quod ammisso fit tithymali lacte: sed fidelior probatio fit à gustu, ne valde linguam accendat, id quod permisti tithymali est argumentum. Deterrimum natione Syriacum & Iudaicum pondere densitatēq; præcipua, erui farina & tithymalo vitiata. Succus drachmæ vnius aut obolorum quatuor pondusculo haustus ex aqua pura vel mulsa, per inferna bilem & pituitam extrahit. Ad resoluedam aluum binos obolos cum sesamo alióve semine sumpsisse satis est. Dantur efficacioris purgationis causa succi quaterni oboli, cum duobus veratri nigri, & aloës drachma vna. Fiunt sales purgatorij, viginti drachmis lactei succi in senosalis cyathos adiectis. ij pro portione virium sumuntur, vt maxima potio ligulis tribus, media duabus, minima constet singulis. Detrahit & radix, cum quibus dictum est rebus, drachma vna vel altera pota. Decoctum radicis aliqui dant bibendum. Decoquitur hæc in aceto, & cum farina hordeacea teritur cataplasmate ischiadicis vtili. Partus enecat succus in vellere subditus vuluæ. Tubercula discutit cum melle aut oleo illitus. Decocto in aceto perunctæ lepræ tolluntur. Longi capitis dolores ex aceto & rosaceo perfunduntur.

¶ *Chamelæa. Thymelæa.*

Cap. CXLIX.

 Hamelæam Romani cilibracam, alij oleaginem vel oleastellum vocant. rami eius palmi altitudinem non excedunt. Ipse frutex furculosus est, folia oleæ similitudinem habent, tenuiora, gustanti amara & mordacia, ita vt linguam vellicent, & arteriam obulcerēt. Chamelæa similitudinem foliorum oleæ habet. sunt autem ei amara, odorata, in petrosis nascens, nec palmi, vt Plinius refert, altitudinem excedens. Simillimūmq; oleum huic inest vt oleastro ex chamelæa frutice, saxoso, nō altiore palmo, folijs oleastri baccisq; obid à quibusdam oleastellū, & olea cilibraca vocatur authore Columella, sirapam inde conditam scribēte, sed calabricā legendum puto. Recentiores *oliuellam* appellāt. Officinæ, quæ barbarorū vocabulis sunt addictæ, *mezereon*, quasi lethalē & viduificam malunt nominare. siquidem oliuella furculosa fruticat, ramis palmaribus, folijs oleæ similibus, tenuibus, amaris, quæ gustata linguam acriter mordēt, fau-

céſque ac guttur vellicatu laceſſunt. Lacte manat copioſo, animalibus cunctis in-
 tacta. Baccas fert, ſi bene memini, virides, per maturitatem ex parte rubefcentes.
 Ex hac granum cocci plerique falſo naſci exiſtimauere. Recentiores, vt pleraq;
 omnia, chamelæã cum thymelæa, & vtranq; cum daphnoide turpiter cõfundũt.
 Aluum purgat chamelæa. Detrahit pituitã bilẽmq; folijs in duabus partibus ab- 5
 ſinthij decoctis, ſuccõq; eo cum melle pote. Folijs impositis vlcera purgantur.
 Aiunt, ſi quis ante ſolis ortum ad albugines oculorum capiat, adalligata, diſcuti
 id vitiũ: quoquomodo collectam iumentorum pecorũmq; oculis ſalutarem eſſe.
 Folijs, vt author eſt Dioſcorides, potis pituitabiliſq; per aluũ exigitur, præſertim
 ſi in duabus partibus abſinthij, cum aqua mulſa, in catapotio deuorentur. Herba 10
 omnino in vêtre nõ vincitur, ſed redditur eadem forma, qua fuerit ingeſta. Folijs
 cum melle tritis ſordida vlcerũ cruſtoſãq; margines expurgantur. E chamelæã
 folijs cum floret decem drachmarum pondere in muſti congiũ additis fit vinum
 quod nõ ante duos mẽſes tranſfertur. Id ſuffuſos aqua, iocineroſos, laſſitudinem
 ſentientes, purgationẽ à partu difficilem corrigit. Thymelæam, aliqui chame- 15
 læam, aliqui cneſtron & cneorũ vocant. frutex eſt in quo naſcitur granũ gnidiũ,
 quod Euboẽs ætoliũ, aliqui linon appellant, à ſimilitudine nature quã cũ lino ſpar-
 to habet. Rami tenues, ſpecioſi, cubitorũ binũm adſurgũt. Ipa ſimilis chamelæã,
 folijs anguſtioribus, pinguioribus, gummoſis ſi mordeantur, glutinoſisq;. Flores
 albi, & inter eos ſemen quale myrti, exiguũ, rotundum, initio virescẽs, poſtmo- 20
 dum rubẽs, foris durũ nigrũmq; intus albet, & vt Plinius tradit, in quo naſcitur
 granũ gnidion quod aliqui linum vocãt: fruticem thymelæã, alij chamelæam, alij
 pyroſachnen, alij cneſtron, alij cneorũ, ſimilem oleaſtro, folijs anguſtioribus, gũ-
 moſis ſi mordeantur, myrti magnitudine, ſemine, colore, & ſpecie foris, ad medi- 25
 cinã tantũ vſum. Latini & hanc, & chamelæã præcipuẽ, caſiã videntur appellãſſe,
 Theophrãſtus cneoron, Hygino id apud latinos caſiam interpretãte. Cuius duo
 genera ferũtur, candidã, cui foliũ cutis modo quadantenus oleagineũ: nigrã, car-
 noſum, myrto ſimilius. Candida humi ſe magis ſpargit & odorata eſt, nigra ſine
 odore. Radix ambobus alba, prægrãdis: rami copioſi, ſurculõſi, craſſi, à terra pro- 30
 tinus aut paulo ſuprà emicant, admodũ lenti, vt quibus ad vinciuũ pro iunco
 vtantur. Venẽre in coronamenta folio. Poſt æquinoctiũ autumnii germinãt, atq;
 florẽ mittunt qui diutinus eſt. Hãc de cneoro ſiue caſia Theophrãſti ſentẽtia eſt,
 apud quẽ aliqui tamarici ſimilius foliũ non myrto legunt, quos minus probo. Pli-
 nius duo cneori genera fecit, candidi & nigri. hoc & odoratũ. Ramoſa ambo flo- 35
 rent poſt æquinoctium autũni. In coronamẽta venit cneorũ, quod caſiã Hyginus
 vocat. Herbarij thymelæã nũc *oliuellam* vt ſuperiorem, nunc *leonem terrã*, aut *linum*
ſylueſtre vocitant, quoniã ſatiui lini ſimilitudinẽ referat. frutex ramos emittẽs ſpe-
 cioſos, tenues, tripedaneos, folijs chamelæã anguſtioribus, glutinoſis, tactũq; gũ-
 moſis, flore candido, bacca myrti rotunda, quã inter initia viret, & tandem rube- 40
 ſcit, quã granum vocant *cnidium*, vel *coccon*, nucleo baccẽ duro, foris nigro, intus al-
 bo. Detrahunt per aluũ bilem, aquas, pituitam viginti granorũ nuclei, verũ fau-
 ces adurunt: quare cũ farina polentãve, aut in acino vuã incluſi aut melle cocto
 obducti dantur deuorãdi. In difficili ſudore cũ nitro & aceto triti perungũtur. Fo-
 lia eius, quã priuatim cneorũ appellatur, meſſibus lecta & ſiccata in vmbra recon- 45
 duntur. In vſu tundũtur venis exẽptis. Detrahũtur aquã paſtillis acetabuli modo

cum diluto datis. Si mitior placeat deiectio, cū lenticula cocta, aut oleribus cōtritis in sumuntur. Trita in farinam vuæ acore collecta in offulas digeruntur. Herba ipsa stomacho est inimica. Partus imposita necat. Nascitur in mōtibus & asperis. Falluntur qui gnidiū granū è chamelæa nasci autumāt, foliorū similitudine decepti. Theophrastus granū cnidiū tradit figura rotundum, colore rubrum, maiusq; pipere haberi, sed hoc lōgè validius, qua de causa deuorandū datur. præberi enim detractionis alui gratia solet, in pane aut adipe sepultū insumitur, alioqui gulā & fauces accendit. Oleum ex gnidio grano strictum eādē vim habere quam cicinum Plinius adfirmat. Dioscorides ramos thymelææ cum suis folijs & baccis leni igne coquebat triginta drachmis, in musti tribus cōgijs, donec duo superessent, ad deijcienda aquosa corporis recremēta, ad extenuandum quoq; lienem incrementi vitio laborantem. Idem cneorū vocari thymelæam prodit & cestron, sed cnestron arbitror legendū, Hippocratis, & Galeni, & codicū vetustorū fretus auctoritate. Liparonis herbæ meminit Aëtius, Alexandria sic vocāte, q̄q̄ aliqui, inquit, cnestron nomināt, ad vlcera capitis manātia vehemēter vtilis. Nec indicat is author qualis ea sit, vtrū eandem cū thymelæa cneorōve, an diuersam putarit.

¶ *Pygnoconon. Apios.*

Cap. CL.

Pygnoconon constat erucæ folijs acrioribus, scabris & crassis, caule quadrangulo, flore ocimi, semine marrubij, radice nigra, rotūda, lutei coloris, parui mali effigie, terrā olentis. inuenitur in saxosis locis. Plinio pygnoconon erucæ folijs crassioribus, & acrioribus, radice rotūda, lutei coloris, terrā olente, caule quadrangulo, modico, tenui, flore ocimi. inuenitur in saxosis. Radix eius in aqua mulsa duodecim pondere denariorū, & aluū & bilem & pituitā exinanit. Semen tumultuosa somnia facit vna drachma in vino potū. Furunculis remedio sunt folia trita cū polenta, si nondū caput fecerint. Suppurationibus imponūtur cū polēta detrita, vel semen. Spicula sagittariorum extrahit pygnoconi semen. Dioscoridis opinione grauiā efficit & tumultuosa in somnia semē instar drachmę potū. Tumores cū polenta discutit. Sagittas & infixa corporibus extrahit. Folijs panos digerit & furunculos. Radix in aqua mulsa duū drachmarū pōdere aluū & bilē detrahit. Apios, alijs ischas, alijs chamæbalanon, Romanis radix syluestris. ramulos duos siue tres iūceos spargit, tenues, rubentes, qui paulū se attollūt, folijs rutæ lōgioribus, angustioribúsq;, semine paruo, radice hastulæ regiæ, pyrorū specie turbinata, tantum rotūdiore, succosa. Habet hæc extrā cortices nigros, intrā cādidum corpus. Apios, ischas, siue raphanos agria, vt Plinio placet, iuncos duos siue tres spargit in terra, rubentes, folijs rutæ, radice cepæ, sed ampliore, quare quidam raphanon syluestrem vocant. Intus habet mammam candidam, extrā cortices nigros. nascitur in montuosis, & asperis, & herbofis. Apion ischada aut chamæbalanon appellari arbitror, quòd radice extremum in pyri, vel ficus, vel glādis effigiē turbinetur. Theophrasto apios folio cōstat rutaceo, breui, caulibus ternis aut quaternis humi sparsis, radice albuci squamosa. legitur vere. Radicem inter paucas Theophrastus admiratur, q̄ bilē per superna & inferna trahat. Nihil frequētius in herbofis occurrat, duos vel tres spargēs iuncos, rubros, tenues, qui à terra parū attollātur, exili semine, radice Plinio cepitia: Theophrasto & Dioscoridi albuci vel hastulæ regiæ, in formā pyri turbinata. cui intus medulla candida,

extrà squarofus cortex, nigricās. Nullum nomen inuenit Gallicum, vidimus tamen per inopiam frugū ruri pauperes hac radice vesci. Illud tamen addiderim, apion tenues habere copriolos, qui cespiti decūbit herbofo, florē pīso similē, lōge minorē, in radícula extrema perquā alte pyrū illud depēdere. Effoditur vere, tusaque in fictili mergitur, deiecto quod supernatat: reliquus succus purgat, vtraq; parte sesquiobolo in aqua mulsa. Sic & hydropicis datur acetabuli mensura. In spargitur & aridē farina potioni, aiūntq; superiorē partē eius vomitione biles extrahere, inferiorē per aluū. Radicis, vt inquit Dioscorides, pars superior vomitione bilem, pituitāsq; detrahit, inferior per aluum. Tota vtrinq; purgationes mouet. Succum si libet eximere, tusa radix fictili mergitur, & obiter miscetur, deiecto penna quod supernatat. reliquus excipitur succus & siccat. Purgat vtraq; parte succus is sesquiobolo potus.

¶ *Colocynthis. Epithymum. Alypon.*

Cap. C L I.



Olocynthis, Romanis cucurbita syluatica, palmites & folia per humū strata repūt cucumeri satiuo similia, diuisurīsq; scissa, fructu in orbem circumactō, & in mediocris globi speciem glomerato, ingēti amaritudine. Legēda est cum cœperit in luteum colorem demutari. Colocynthis cucurbita syluestris est, plena ipsa nec inanis, minor quā satiuā, primum herbacea, mox pallida. Hippocrates syluestrem cucurbitam sicyonem, quæ fundo careat, & specie globosa & vniformi sit, sicyam atmeton, hoc est insectilem appellat: interiorē vero partem eius, spongiā. Hodie officinis omnibus *coloquintida* dicitur. syluestris cucurbitæ species, sarmentis, folijs per terram reptantibus, insectis, fructu pilæ forma in orbem coacto, fungosa candidaque intus medulla, sapore vehementer amaro, cætera satiuæ non absimilis. Vtilior, vt Plinius scribit, pallida, quando eius sunt medicinæ. Herbacea arefacta per se inanit aluum. Infusa quoque clysteribus intestinorum omnium vitijs medatur, & renum & lumborum, & paralyfi eiecto semine. Aqua mulsa in ea decoquitur ad dimidias, sic tussienti infunditur obolis quatuor. Prodest stomacho farinæ aridæ pilulis cum decocto melle sumptis. In morbo quoque regio vtiliter semina eius sumuntur, & protinus aqua mulsa. Carnes eius cum absinthio & sale dentium dolorem tollunt: succus vero, cum aceto calefactus, mobiles sistit: item spinæ & lumborum ac coxendicum dolores cum oleo, si infricetur. Præterea mirum dictu, semina eius, si fuerint pari numero adalligata, febres sanare dicuntur, quas Græci periodicas vocant. Medulla, fructus, vt perhibet Dioscorides, quatuor obolis purgat melle cocto, myrrha, nitro excepta, & in catapotium coacta. Ipsæ pilæ aridæ conteruntur, & infusæ clysteribus profunt neruorū resolutioni, coxendicum doloribus, & colivitijs. Trahūt bilem, pituitā, strigmēta, interim sanguinē. Partus enecat appositu, repurgata & luto circūlita, vt in aceto nitroq; sufferuescat. Dētiū dolorē colluit. Decoctū eiusdem in aqua mulsa vel passo refrigeratū sub diuo crassos humores & ramēta detrahit. Stomacho admodum inimica est. Subditur sedi pro balano ad euocanda recrementa. Virenti succo vtilissimè ischiadici perfricantur. Epithymū, flos è thymo est duriore, ac satureiæ simili, capitula sunt tenuia & leuia, caulículos habētia quasi crines. Epithymū flos est è thymo satureiæ simili Plinio

authore. differētia, q̄ hic herbaceus est, alterius thymi albus. Quidā hippopheon
 vocāt. Quidam aliter epithymū tradūt, sine radice nasci, tenuius, similitudine pal
 lioli, rubens: potius mihi legendū videtur caprioli, vel capilli, cū capriolorū modo
 comas thymi succrescens cōuoluat. Gignitur nō nihil tale in satureia specie rubē
 5 tiū cincinorū, quōd cacumina thymbræ veluti capillitio quodā illiget, Paulus ep̄
 thymbrū, vt arbitror, vocat, q̄ epithymi modo supra thymbrā increscat. Sic parū
 inter authores de epithymo cōuenit. Alij thymi florē esse dicunt è capitulis leui
 bus quasi crines dependentē, quibus & Dioscorides & Plinius astipulātur. Florem
 tamen putauerim appellare, q̄ criniū vel cincinorū modo capitula thymi comat,
 10 quadā florū imagine. Alij in thymo sinē radice succrescēs nasci prodūt quadā ca
 pillamentorū specie. Epithymū stomacho minus vtile, vomitiones mouet, sedat
 tormina, & inflationes discutit. Sumitur ex eo in ecligmate ad pectoris vitia cum
 melle & aliquādo iride. Aluū soluit à quatuor drachmis ad sex cū mellis exiguo,
 salisq; & aceti quidē, vt refert Plinius. Aliter epithymū tradunt sine radice nasci
 15 tenui, similitudine pallioli rubens, sicari in vmbra, bibi ex aqua acetabuli mēsu
 ra, aluū dimidia trahere, pituitā, bilēmq; Hoc poto, vt testatur Dioscorides, cum
 melle, pituita & bilis atra deijcitur: priuatimq; melācholicis datur, & inflationes
 sentientibus, ab acetabulo ad quatuor drachmas cū melle ac sale & aceti exiguo.
 Prouenit copiosissimū in Pamphilia Cappadociāq;. Quod supercrecēs satureiē
 20 diximus innasci, eisdē pollet viribus, debilius tamen purgare noscitur. Alypon
 surculosa est herbula subrubēs, latis festucis, folijs minutis, plena floris nigri q̄ le
 uissimi, radix nō dissimilis betæ, prætenuis, succo acri madida, semen epithymi.
 nascitur in maritimis Africæ q̄ largissima, quanquā alibi quoq; plurima. Alypon
 cauliculus est molli capite, nō dissimilis betæ vt inquit Plinius, acre gustatu, ac len
 25 tum, mordēnsq; vehemēter, & accendens caput: id est, radicem eius betę similem
 intelligo, nō folia quę minuta sunt vt Dioscorides adfirmat. Paulus alypiā vocat.
 Actuarius alypiā, turbit candidum vocat ijs verbis, Si pituitam deijcere tibi sit in
 animo, alypiam, hoc est turpe cadidum adijciendū: quā paulopost ita depingit,
 Surculosa alypias herba est, subrubra, tenuibus ramulis folijsq;, flore molli, leui,
 30 radice betæ, referta succo acri, semine epithymi. nascitur in maritimis. Semē atrā
 deijcit bilem. Aluū soluit alypon in aqua mulsa, addito sale modico. Minima po
 tio duarum drachmarum, media quatuor, maxima sex, ea purgatione quibus
 datur è gallinaceo iure. Depellitur atra bilis semine, si mensura epithymo pari
 fumatur ex aceto & sale, sed interanea leniter exulcerat.

35 **Ampelos agria.**

Cap. CLII.



40 **A**mpelos agria, hoc est syluestris vitis vocatur, palmitibus longis
 vt vitium, lignosis, asperis, rimoso cortice, folijs solani hortēsis,
 latioribus, prælongis, flore crinito, muscoso, semine vuulis par
 uis simili, post maturitatem rubēte, rotunda acinorū facie. Quæ
 à Græcis ampelos agria appellatur, si Plinio credimus, spissis &
 candicantibus folijs, geniculata, rimoso cortice. Fert uas rubē
 tes cocci modo. Syluestris vitis cæditur horis omnibus, sed præcipue autumnō,
 radice acri vt Theophrastus scribit. Radix & acini coria perficiunt, gelidissimāq;
 eorum natura. Pars acinorum estu moritur, prius quàm reliqua, qui & solstitiales,

Vniuersi nunquam maturefcunt, etfi prius quàm tota vua maturuit detur cibo. Generi gallinaceo fastidium gignit vvas appetendi. Flos huius in racemis candidus dependet, folium folani per initia: pòft diuiditur ferè in vitis imaginem, fed oblongum. Vitis fylueftris annum durat, fi in vmbra, & fine icctu feruetur, alioqui putret, & inanis fungofaq; contabefcit. Radici vis calfactoria acrisq;, quamobrès ad vsum pfilothri venit. Vitia cutis emendat in facie. Fructu corium depfant & subigunt. Eft ei fimilis fed in falictis nafcès, ideo diftinguitur nomine cù v fus eorū dem habeat, & falicastrum vocatur. Scabiem & pruriginè hominum & quadrupedum aceto mulfo trita efficacius tollit. Hanc Plinius folio duro, cineracei coloris, viticulis callofis, rubentibus, qualiter flos què Iouis flammā appellamus in violis, ferens femen punici mali in acinis ad eorū effectus. Propterea funt è recentioribus, qui hāc & *flammulā* & *Iouis flammā* appellarint. Sylueftris vitis ea mihi videtur, quā rura modo *viornam*, modo *hardeā* vocant, q̄ ramorū fafcēs ea perinde quafi vinculo ligantes diftringāt. nanq; viticulis prælongis asperisq; cernitur & lignofis, rimofa cortice, folijs hortenfij folani longioribus ac latioribus, flore muscofo & capillaceo, fructu exiguis fimili, pòft maturitatem rubefcēte, acinis fere punici mali, quadātenus rotūdis. Vuæ cutē in facie mulierū purgant, & varijs coxendicū & lūborū vitijs tuſæ cū folijs, & fucco profunt. Radix decocta in aqua in vino Coi cyathis duobus humorēalui ciet, ideo hydropicis datur. Hāc Plinius credit eſſe potius, quā vuā taminiā vocant. Vtūtur ea pro amuleto, & ad ſcreationē sanguinis quoq; adhibēt nō vltra gargariffationes, & ne quid deuoretur addito fale, thymo, aceto, mulfo: ideo purgationibus ancipitē putāt. Salicaſtrū eorūdem habet vſus. Radix, vt Dioſcoridi placet, in vino marina cōdito cyathis duobus humoresalui ciet. ideo datur hydropicis. Vuæ eius vitia cutis in facie & maculas omnes emendant. Viticulæ eius incipientes muria in cibos ſeruantur.

☉ *Vitis alba. Vitis nigra.*

Cap. CLIII.



Mpelos leuce, hoc eſt vitis candida, quam aliqui bryoniā vocāt, folia, ſarmenta, pampini ſatiuæ viti ſimilia erant ni hirsutiora noſcerētur. innectit ſe fruticibus, qui ſunt in proximo, capreolis cōprehendentibus. Fructus rubēs in racemis dependet, quo qui depſant coria ſolent vti. Vitis alba, quam Græci ampeloleucen, alij cedroſtim, alij pſilothrō, alij archezoſtim, alij madon authore Plinio vocant. Huius ſarmēta longis & exilibus internodijs geniculata ſcandūt, folia pampinoſa ad magnitudinē hederæ diuiduntur, vt vitiū. Radix alba, grādis, raphano ſimilis, initio ex ea caules aſparagi ſimilitudine exeunt. Semen in vua rarioris acinis dependet, ſucco rubente, poſtea croci. Nouere id qui coria perficiunt, eo enim vtuntur. Melothron, vt putāt, à Theophrasto vocatur, in coronas folio admiſſa, bryonias & bryonia à Columella. Officinis omnibus & herbarijs *bryonia* & *vitis alba* dicitur: vulgus, q̄ per dumos ſerpat, *colubrinam* vocat. quandoquidem ſarmentis, palmitibus, pampinis, folijsq; ſatiuā vitem imitatur, verum hirsutiora ſunt omnia. Ea quos prope ſe naſta ſit frutices ſcandit, ſuiſque complectitur clauiculis: fructus rubēs in vuis dependet, quo coria pilis ſpoliant, radice prægrādi, raphani ſimilitudine. Recentes cauliculi decocti in cibo aluum & vrinā ciet. Folia & caules exulcerant corpus. Vtiq; vlcera phagedænis, & gangrænis, tibia

rúm; tædio illinuntur. Semen pforis & lepris imponitur. Lactis abundantiam
 facit coctum cum tritico potúm; Radix numerosis vtilitatibus nobilis, contra
 serpentium ictus trita drachmis duabus bibitur. Vitia cutis in facie, varósq; &
 lentigines, & fugillata, & cicatrices emendat: eadémque præstat decocta in o-
 5 leo. Datur in comitialibus potus, item mente commotis, & vertigine laboran-
 tibus drachmæ pondere quotidie anno toto, largior aliquâto turbat sensus. Il-
 la vis præclara, quòd ossa infracta extrahit in aqua imposita vt bryonia, quare
 quidam hanc albam bryoniam vocant. Suppurationes recentes discutit, vete-
 res maturat, & purgat. Cit menses & vrinam. Eclegma ex ea fit suspiriosis, &
 10 contra lateris dolores, vulsis, ruptis. Lienem ternis obolis pota triginta diebus
 consumit. Illinitur eadem cum fico pterygijs digitorum. Ex vino secundas fœ-
 minarū apposita trahit, & pituitam drachma ex aqua, mulsa. Succus radice col-
 ligi debet ante maturitatē seminis, qui illitus per se, & cum eruo, lætiore quodā
 colore & cutis teneritate mangonizat corpora. Serpētes fugat. Tusa radix cum
 15 pingui fico erugat corpus si statim bina stadia ambulent: aliàs vrit, nisi frigida
 statim abluatur. Huius caules, vt Dioscorides est author, qui initio è radice simi-
 litudine asparagorū exeunt mandūtur, vrinæ aluóq; cōmouendæ. Folia, fructus,
 radix acré vim fortiūtur, itaq; vlcērū phagedænis, gangrænis, chironijs, putren-
 tium tibiærum tædijs ex sale salubriter illinūtur. Radix corpus deterget & faciē
 20 erugat & tendit. Vitia cutis in facie varósq; & cicatrices nigras emaculat cum er-
 uo, creta Chia, & fœno Græco. Eodē effectū prodest decocta in oleo vsque dum
 fatiscat. Sugillata rapit, digitorū reduuias committit iungítq;. Collectiones illi-
 ta cum vino discutit. Suppurationes maturat, & rumpit. Fracta ossa extrahit tri-
 ta. Permiscetur apte medicamento quod carnem exest. Datur in potu comitia-
 25 libus drachmæ pondere quot diebus anno toto: item attonitis, & vertigine labo-
 rantibus eodem modo. Contra serpentium vulnera denarijs duobus bibitur. Par-
 tus in vtero necat. Mentem interim subvertat. Partus morantes secundasq; fœ-
 minarum extrahit. Vrinam ciēt. Eclegma ex ea fit cum melle suspiriosis, anhe-
 toribus, tussitibus, ruptis, vulsis, & laterum doloribus. Lienem ternis obolis ex
 30 aceto pota triginta diebus consumit. Illinitur ad eadem cum fico. Ad muliebres
 infessus decoquitur. siquidem purgat vulvas, sed abortum facit. Succus è radice
 vere stringitur, quo pituitæ detractionem moliuntur. Semen pforis, lepris effica-
 citer illinitur. Lactis abundantiam facit succus eius, si cum tritico decoctus sorbea-
 tur. Ampelos melæna, & hanc alij bryoniam vocāt & chironiā vitem, Roma-
 35 ni vuam taminiam, & vitem nigrā. Folia eius & caules similitudinem habēt he-
 deræ, quanquam verius smilacis, maiora tamen. Et hæc arbores clauiculis scan-
 dit. Semen acinis in vua dependet, initio herbaceum, postea nigricans, radice fo-
 ris atra, intus buxei coloris. Nigra Plinio proprie est quam aliqui bryoniam vo-
 cant, alij chironiā, alij gynecanthen, aut aproniā, similem priori præter quàm co-
 40 lore, quem nigrum esse dicimus. In frutetis & arundinetis maxime nascitur. Ra-
 dix foris nigra, intus buxeo colore. Hanc tannum siue tamum quidam vocari
 putant, & vulgo tamarum. Quintus Columella,
 Lubricam lapathos, iam tami sponte virescunt.
 Inuenitur in frutetis & arundinetis, folijs hederæ maioribus, smilaci proximis,
 45 caulibus quoq; cognatis. Capreolis suis arbores perinde quasi adminicula com-

prehendit, semē asparago simile racematim cohæret, inter principia virens, post maturitatem nigrescens. Radix foris nigra, intus buxæo colore nitet. Huius similes asparagos Diocles prætulit veris in cibo, vrinæ ciendæ, lieniq; minuendo. Hæc in vsu validior. Ossa infracta vel efficacius extrahit quàm supradicta. Cæterum eidem peculiare est, quòd iumentorum ceruicibus vnice medetur. Aiunt, si quis villam ea cinxerit, fugare accipitres, tutasq; fieri aues villaticas. Aliter eadem in iumento hominèq; pituita aut sanguinè, qui se ad talos deiecerit, circumligata sanat. Caules huius, vt tradit Dioscorides, primo germinum partu erumpentes olerum vice manduntur mensibus pellendis, vrinæ ciendæ, lienibus minuendis. In comitialibus, vertigine, neruorum resolutione, cibo conueniunt. Radix idem præstat quæ vitis albæ, minus efficax. Folia cū vino exulceratis iumentorum ceruicibus medentur. Eadem luxatis pari modo circumligantur.

¶ *Filix. Filix fœmina.*

Cap. CLIIII.



Teris aut pterion Romani filicè vocant, neq; caulem neq; florem habet nec semen, folia mera sunt, ex vno pediculo amplitudine cubitali, oris incis modo alarū expansa, odore subgrauia, radice in summa cute terræ nigra, oblonga, filices fundente complures, astrictiusculas gustu. in montibus ex saxo prouenit. Filicis duo genera Plinio, nec florē habēt nec semē, pterin græci vocant, alij blechnon, cuius ex vna radice complures exeunt filices, bina etiam cubita excedentes, non graues odore. hanc marē existimant. Alterū genus thelypterin græci vocant, alij nymphæam pterin. Vtriusq; radice sues pinguescūt. Folia vtriusq; lateribus pinnata, vnde græci nomen imposuere. Radices vtriusq; longæ in obliquum, nigrae, præcipuæ cum inaruerit, sicari autē eas sole oportet. Nascuntur vbiq; sed maxime frigido solo. Effodi debent Vergilijs occidētibus. Vfus radice in trimatu tantū, neq; antè, neq; postea. Nullus incisæ filici succus, marcescit fimo iniecto, ob id pecoris incubitu, quod in medica herba nonnulli tradunt. Radicis gustus è dulci astringēs. Folia longitudine cubitali prodeunt. A longitudine hanc marē existimant. Filix feliconibus nomen dedit, quos veteres pro malis & inutilibus accipi putant. Felicati calices à filice dici creduntur, & si lecta, vt à caricibus carecta. Carex, è qua mollissimæ textuntur cathedræ, folio ferè arundinis, vliginose & palustri loco plurima. Filicè marem nostri Galli *osmundam regalem* vocant, sine flore, sine semine, folijs tantum cubitalibus, ex vno artu porrectis, & vtroq; latere pinnatis, subgrauī odore, radice per summa cespitum nigra, oblonga, multis capillamentis fibrata, subastringente gustu. nascitur in montibus & saxosis. Filix biennio moritur, si frondem agere non patiaris. Id efficacissime contingit, germinantis ramis baculo decussis. succus enim ex ipsa defluens necat radices. Theophrastus filici nec semen nec succum inesse tradit, effodi tēpestiue autumnō, radicem in vsum duntaxat venire, gustū è dulci substringere, latas ventris tineas abigere, cæteras ex vino dulci triduo potā. Vtraq; stomacho inutilissima. Aluū soluit, primo bilem trahens, mox aquā. Radix eius duūm obolorū pondere ex aqua, post vnus diei abstinentiā bibitur, melle prægustato, contra rheumatismos. Neutra danda fœminis, quoniam grauidis abortum, cæteris sterilitatem facit. Farina earum vlceribus tetrīs inspargitur, iumen-

†
Osmonda Hegalis
non est filix max
sed alia species
filicis latifolia
sive filicis astrum
sive filix palustris
satis vidi in hys partibus
suis vrbibus, semen
habet, & radicem
similem filici marj.
In Vale montis morā
= Ciaco, est satis cois.

torum quoq; ceruicibus. Folia cimicem necant. Serpentem non recipiunt, ideo
 substerni suspectis locis vtile est, vsta etiam fugant nidore. Fecere medici huius
 quoq; herbæ discrimē. Optima Macedonica est, secunda Cassiopica. Radice po-
 ta, vt testis est Dioscorides, quatuor drachmis in aqua malsa latis tineas pellit:
 5 melius, si cum scāmōniæ aut veratri nigri totidem obolis detur, sed qui sumūt
 allia prægustent. Laborantes incremēto lienis recreat. Radix cum axungia vul-
 neribus sagitta arundinea factis est auxilio. Cuius rei probatio fertur talis, Peri-
 bit filix quam per ambitū sata copiosior arundo coronet, & contrā euanesceñs
 abibit arundo. Quam obsepiens multa filix in orbē cinxerit arundo contrita &
 10 imposita, corpore filicis stirpem extrahit: item arundinē filicis radix. Thely-
 pteris alijs nymphæa pteris, folio filicis. est autem non singulari pediculo vt illa,
 sed ramis pluribus altioribúsq; fruticans, radices longæ, in obliquum multæ, in
 flauo nigrantes, aliquæ & rubentes. Est autem, vt Plinio videtur, singularis atq;
 non fruticosa, breuior molliórq; & densior folijs, ad radicem canaliculata, folia
 15 lateribus pinnata, radix longa, obliqua, nigricans, præcipuè cum inaruit. Ea fues
 pinguescunt. Siccant eam sole. Occasu Vergiliarū effoditur. Vfus radicis in tri-
 matu, nec vltra nec citrá. Laudant in vtroq; sexu Macedonicā, deinde Cassio-
 picam. Aiunt filices circa solstitium auulsas non renasci, nec arundine sectas aut
 exaratas, vomeri arundine imposita: similiter & arundinem exarari filice vome-
 20 ri imposita præcipiunt. Biennio moritur, si frondē agere non patiaris. Recte Iu-
 lio & Augusto extirpatur. Filix satū & facilius stercoreatione interimitur. Si sub-
 inde nascens falce decidatur, viuacitas eius absimitur. Filix sine iniuria vicini
 etiā cum officio deciditur, vim stercoreis, rustici cum fimo deficiuntur, præbens.
 Cimices vtroq; sexu necantur. Serpentē non recipiunt, sed vstæ suo nidore fu-
 25 gant. Galli filicē fœminam *fageram* appellant. ea siquidem pluribus ramulis fru-
 ticat, folijs pinnatis, quæ non singulari, vt superior, pediculo nitantur, radicibus
 longis, obliquis, quæ ex nigro in luteū flauescant. Aliquæ etiamnū rubentes in-
 ueniuntur. Commentitiū non dubitauerim quicquid neoterici de filicis semine
 fabulātur, tum quia incredibilia sunt, tum quòd Theophrastus, Galenus, Dios-
 30 corides, Plinius hanc sterilitatis arguunt: neq; medici, vel Arabes, vel Persæ, ad
 magicas vanitates nati, seminis huius meminere. Radices huius pellunt lata in-
 teraneorum animalia, cum melle eclegmate sumpto. In vino drachmis tribus
 potæ teretes tineas eijciunt. Datæ sterilitatem fœminis faciūt: grauidis, quæ eas
 supergrediuntur, abortum. Farina humidis vlceribus & cicatrici repugnantibus
 35 inspergitur. Medetur iumentorum ceruicibus. Primi foliorum partus coquun-
 tur cibo, vt aluum emolliant.

¶ Polypodion. Dryopteris. Cnecon.

Cap. CLV.

40 **P**olypodion Romani filiculam appellant. nascitur in muscosis
 petris & vetustis roborū caudicibus, palmi altitudine, filici simi-
 lis, subhirsuta, minus tenuibus incisuris. Radix pilosa, & aceta-
 bulis caua ceu polyporum cirris, crassitudine digiti minimi, co-
 loris intus herbacei, ex acerbo subdulcis. Polypodion, quam La-
 tini filiculā vocant, vt Plinius ait, similis est filici, radix in v su,
 pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, acetabulis cauernosa

ceu polyporū cirri, in petris nascens aut sub arboribus vetūstis. Filiculam ex filicis similitudine nominant Latini, feliculam Cato vocauit, ad deiciendam aluū præberi iubēs eam. Eodem modo Columella nominauit: Theophrastus polypodion, cui hirsuta sit radix, & acetabulis cauernosa ceu polyporū cirri. Vbi quis eā contigerit innasce polypū adfirmat. Foliū, vt idē tradit, filicis magnæ proximū est. Nascitur in petris. Post imbres semper emicat hæc herba. Floret Plinio & semen nō fert. Per inferna purgat. Officinæ vocant *polypodion*, sed querno tantum vtuntur. Inuenitur in muscosis petris, & veteribus quercuū truncis filicis similis, nec fere semipede altior, nō perinde tenui foliorum diuisura, parte auersa fuluis maculis notata, sine semine, radice hirsuta, minimi crassitudine digiti, & acetabu-
 10
 lis caua ceu polyporum cirris, gustu ex austero subdulci, coloris intus herbacei. Radix sola in vsu. Cubitorum ac pedum rimis mire prodest. Illita luxatis medetur. Exprimitur succus aqua madefacta, & ipsa minutim concisa inspargitur oleri, & betæ, vel maluæ, vel falsamento, vel cum pulticula coquitur ad aluū leniter soluendam, vel in febris. Detrahit bilem & pituitam. Stomachū offendit. Ar-
 15
 ridæ farina naribus indita polypū consumit. Purgandi naturā habet. Coquitur in gallinaceo iure, vel beta, aut piscibus, ad ciendam aluū. Aridæ farina aquæ mulsæ insparsa detrahit bilem & pituitam. Trita luxatis efficaciter illinitur, & rimis quæ inter digitos hiant. Vinū polypodites ad eundē vsu fit, præcipuū in Phœnice, oppido eius Byblo, vt inquit Aëtius. Dryopteris in muscosis roborum
 20
 vetustorum partibus nascitur, filici similis, minoribus incisuris, radicibus inuicem implicitis, hirsutis, astricto gustu, subdulcibus. Dryopteris filici similis in arboribus nascitur, tenui foliorū subdulcium incisura, radice hirsuta. Vulgus *arbo-
 ream osmundulam* vocat. hæc inuenitur in annosarū quercuum musco, filicis similitudine, multo minore foliorū incisura, radicibus inuicē implexis, hirsutis, gustu
 25
 acerbo in dulcedinē vergente. Vis ei caustica, ideo psilothron est radix tusa: illinitur enim vsq; dum sudores euocet, iterūmq; & tertio, ita ne sudor abluatur. Psilothron est, vt verbis vtar Dioscoridis, cū radicibus trita: illinitur enim vsq; dū sudorem eliciat, quo erumpente sudor abluitur, in vicem alia recens imponitur. Cnecon folio exit procero, scabro, diuiso, aculeato, cubitalibus cauliculis, quibus
 30
 bus in summis capitula oliuæ magnitudine, flos croci, semē albū, alioqui rufum, longū, angulosum. Cnecon olim Italiæ ignotā Aegyptus maxime celebrat, ipsi autem oleo non cibo gratā. hoc faciunt ex semine eius. Differentia prima syluestris & satiuæ. Syluestrium duæ species, vna mitior est, simili caule, tantum rigido, itaque colu antiqui vtebantur: exilis, quam quidam atractylida vocant. Semen eius candidum, grande, amarum. Altera hirsutior, torosiore caule, & qui penè humi serpat, minuto semine. Aculeatarum generis est. Atractylis sanguineum succum fundit, qua de causa phonos vocatur à quibusdam, odore etiam grauis, sero maturescēte semine, nec ante autumnum. De syluestri cneco diximus in atractylide. In cneco peculiare illud à Theophrasto redditur, quod
 40
 syluestre tenerius, læuius, & semine copiosius habetur: satiuum durius, spinosius. Syluestrem cnecon, cuius caule pro colu priscae mulieres vtebantur, cartamum syluestre ostendimus appellari, qui hirsutior, torosiore caule serpit humi, *carduus benedictus* nunc nominatur. Satiuus, de quo nunc agitur, *cartamus* vocatur. Omnes diuisis ramulis cruentum fundunt liquorem, præsertim messibus. 45

Semine cneci fatiui pfitaci nunc aluntur. Cnecon melius quàm cnicon dicitur. nam cnacon, à feminis colore, Theocritus pro candido, vel flauo v surpat. Democritus & omnino chymici, florem cneci echumenion appellant. Cnecum officinæ norunt *cartami* aut *croci hortensis* nomine. Italia Vespasiani principatu hunc ignorauit, in sola Aegypto tum celebrē. Hodie Francis promiscua est, caulibus binūm cubitorū proceritate, folijs seridis aculeato, capitulis quoq; foliatis & spinosis, è quibus crocea coma emicat, semine intus candido, anguloso. Fastigium grandis oliuæ magnitudinē implet. Theophrastus cneci facit duo genera. vnum recto caule, quo & colu antiqui vtebātur, fructu nigro, grandi, amaro. Hunc officinæ *syluestrem cartamū* dicunt, capite acanaceo, oliuaris crassamenti, luteis crinibus capillato. Alterum hirsutius, torosiori caule, foliorūmq; mollitia, humi penè serpēs, radice fulua, tenui, superuacua. Hunc *benedictū carduum* officinæ appellant, tubere acanaceo, in quo lutea stamina prominent, molli intus lanugine semen operiente. Quod vt spontaneū fatiuo antistat, & semine, flore, & folio cōmendatur. Cneci flore in obsonijs vtūtur. Seminis tusi succus, adiectis amygdalis, nitro, anetho, & melle decocto cogitur in placentulas, quæ aluum emolliant. Hæ in globulos quatuor finduntur, qui nucis iuglandis magnitudinē impleant, è quibus duas vel tres ante cœnam sumpsisse satis est. Ratio temperandī ea est, Cnici candidi sextarius, amygdalarū repurgatarū cyathi tres, anisi tantundem, aphronitri drachma vna, cum carnibus triginta ficuum siccarum hoc componitur medicamen. Seminis succus lac cogit, quod efficacius habetur volentibus astrictam aluum resolvere.

☿ *Mercurialis. Cynia, Cynocrambe.*

Cap. CLVI.

Linozostis arthen, è Græcis aliqui argyron, alij chrystin, Latini mercurialem masculam vocant, foliū habet ocimi, helxinæ cognatū, sed minus, ramulos duplici geniculorum nodo cinctos, multis concauos alis. Semē in fœmina copiosum vix modo acinīs dependens: mari iuxta folia exiguū, rotundū, semper geminū, testiculorum modo connexū. Frutex latus, palmi altitudine, nonnunq̄ etiā maiore crescit. Linozostis à Mercurio inuēta est. ideo apud græcos hermupoan multi vocant eam, omnes apud latinos mercurialem. Duo eius genera, masculus & fœmina, quæ efficacior. caule vtriusq; sexus cubitali interdum, ramoso in cacumine, ocimo angustioribus folijs, geniculis densis, alarū cauis multis, semine in geniculis dependente. Fœminæ copioso, mari iuxta genicula stante, rariore ac breui contortōq; fœminæ soluto & candido. Folia maribus nigriora, fœminis candidiora, radix superuacua, prætenuis. nascuntur in campestribus cultis. *Mercurialem Galli* vt Latini vocitant, caule sesquipedali, geniculato, in cacumine ramoso, muralis herbæ vel ocimi folijs, sed in ambitu crenatis, semine in articulis pendulo, sine flore, tenui radice & superuacua. inuenitur in campestribus cultis. Duo eius fastigia, mas humilior, folio nigriore constat, fœtu propter genicula rariore, breui, contorto, in binos veluti testiculos coeunte: fœminæ coma albicat, fructu copioso, soluto, & candido, quandam racemulorum imaginē præbente. Mirum est quod de vtroq; eorum genere proditur, vt mares gignantur hunc facere, vt fœminæ illam. Hoc contingere, si à conceptu succus

statim bibatur in passio, edantq; folia decocta ex oleo & sale, vel cruda ex aceto. Quidam decoquunt eam in nouo fictili cum heliotropio, & duabus aut tribus spicis, donec decoquatur. Decoctum dari iubent & herbam ipsam in cibo, altero die purgationis mulieribus per triduum, quarto die a balneo coire eas. Hippocrates miris laudibus in mulierum usu predicauit, ille eas vuluæ cum melle vel rosaceo vel lilino vel irino admouit, item ad ciendos menses secundasq;. Hoc idem prestare potu fotuq; dixit. Instillauit auribus surdis succum, inunxitq; cum vino vetere. Aluo folia imposuit, epiphoris, straguriæ & vesicæ. Decoctum eius dedit cum myrrha & thure. Aluo quidem soluendæ, vel in febre decoquatur quantum manus capiat in duobus sextarijs aquæ ad dimidias. Bibitur sale & melle admisto, nec non cum vngula suis, aut gallinaceo decoctum salubrius. Purgationis causa putare aliqui vtranq; danda, siue cum malua decoctum. Thoracem purgant, bilem detrahunt, sed stomachum lædunt. Reliqui v sus quoq; nunc dicuntur. Verrucas omnium generum tollunt vtriusq; folia, vel succus illitus. Semen vtriusq; in sparsum potioni, vel cum absinthio aut cicere decoctum regium expugnat morbum. Malis quæ serpunt succus ex aceto medetur. Ventri soluendo Dioscorides in olerere coquit: epoto iure decoctæ bilem, aquamq; detrahit. Constat vt mares gignantur hunc facere, vt foeminae illa, si a purgatione bibantur, & trita folia genitalibus locis adhibeantur. Cynia siue cynocrambe aliquibus syluestris linozostis, cauliculum habet duum palmorum, folia herbæ mercurialis aut hederæ, subcandida ex interuallis, semine apud folia paruo, rotundo. Officinis nostris nota syluestris atriplicis nomine. ea siquidem cauliculum binum palmorum altitudine fundit, mollem, subalbidum, folia mercuriali aut hederæ similia, certis interstitijs subalbida, semine prope folia paruum, rotundum. Folia cum cauliculis cocta potu cient aluum, oleribus commendantur. Ius decocti & pituita, bilem, aquamq; detrahit. Pauperes rustici interdum ea vt olerere vescuntur, cum melioris copia non suppetit. inuenitur in vitibus & cultis. Aliqui existimant syluestris esse bliti genus, cum more illius seminofum sit, cæterum crenatam huic folium vt mercuriali, aut hederæ modo in angulos exit, quod non in blito syluestri reperitur.

¶ *Heliotropion maius, & minus: Scorpioides.*

Cap. CLVII.



Heliotropion maius alij scorpiuron, alij heliostrophon, alij heliopoda, alij sesamon agrion appellant. Scorpiuri nomen habet ab effigie scorpionis caudæ, quæ in floribus inuenitur: heliotropij, ab eo quod folia cum sole circumaguntur. Folia ei tribuuntur ocimi pilosiora & nigriora, ramulis a radice ternis, quaternis, sepe quinis, è quibus alæ complures exeunt, floribus in capite candidis aut subrubentibus, ceu caudæ scorpionum inflexis, radice tenui, superuacua. Nascitur crasso solo. Heliotropij miraculum dicatur, cum sole se circumagentis etiam nubilo die: tantum syderis amor est, noctu velut eius desiderio contrahit florere. Duo genera Plinio, tricoccon & heliostrophion. hoc altius, quanquam vtranq; semipedalem altitudinem non excedat, ab ima radice ramosum. Semen in folliculo messibus colligitur. Nascitur non nisi pingui solo, cultoque maxime: tricoccon ubique. Aeterno folio particulatim vt ocimum floret, ideoque perquam diu, incipiens ab imo per solstitium circumagit se cum sole, vt ortum eius mane spectet, & eius iter

ad occasum vsq; persequatur. Sed & nubilo die, ita vt horarū index circumaga-
 tur cum sole ita, vt ne rustici quidē oculos à terra cum incumbunt operi reuo-
 care debeant. Colos heliotropij vnus est è tribus fastigijs. Floret, si Theophrasto
 creditur, cum solstitiū agitur. Heliotropion Celso solaris herba dicitur, à paucis
 5 hodie ne medicis quidem, pace semper eruditorū dixerim, cognoscitur, nouo
 ab herbarijs indito nomine. vocant enim *herbam cancri*, q̄ flores in caudæ cancri
 similitudinem inflectantur. nanq; scorpionē nostri rarius vident, à re potius no-
 ta, cancro scilicet, potius q̄ scorpione ignota, traxerunt appellationem. Nanq;
herba cancri, vt singulas prosequar notas, pingui solo cultóq; maxime nascitur.
 10 Florere incipit circa solstitiū. Folia ab ortu in occasum solē sequūtur, ita vt qua-
 cunq; cæli parte sedem teneat sydus, in eam cōuersa spectent, eóq; nubilo etiā
 cælo dirigantur. Folia ocimo similia, hirsutiora, maiuscula, candidiora, ramuli à
 radice terni aut quaterni sæpius exiliunt, multis alis concaui, flores in cacumine
 candidi aut fuluescētes instar caudæ scorpionis incuruātur. Radix tenuis & su-
 15 peruacua. Floret apud nos medio Augusto in exitū autumnī: qua depicta nunc
 effigie nusquā non in agris per id tempus conspicitur. Quare mihi plurimū er-
 rare videntur, qui *solsiam* vulgo dictam, aut officinis *calendulā*, aliquibus *solis spon-*
sam, heliotropion esse cēseant. nanq; etsi flos ortu solis aperiat, & occasu clau-
 datur, ideóq; solsequia, vel solis sponsa, quòd expergiscatur & occubet crepus-
 20 culis sopita, desiderio quodam redeuntis syderis excita, item per dius atq; fœ-
 dere quodā amoris intueatur solē, ob id amica solis aliquibus dicatur: nihilomi-
 nus flos qui ei luteus est, prorsus reclamare cognoscitur. nam heliotropio can-
 didus tribuitur. Nec de flore sed folio circumactus ille traditur. siquidem lutei
 flores omnes fere, splendore solis illecti, solem sequūtur. Folia quàm paucissima
 25 vides solis cursum imitari, nisi malux & perquā paucarum, quarū ratio superius
 nobis est reddita. Nec folia solsequiæ ocimi folijs respondent, aut aliqua germa-
 nitate iunguntur. Repugnant item floris natales dies, singulis ferè mensū Ca-
 lendis florere deprehenditur, inde vulgò *calendula* dici multis putatur. Heliotro-
 pium solstitio tantū florere Theophrastus adfirmat, & experimentum tempori
 30 huic suffragatur. Itē flores huius calendulæ patentē in amplitudinē dehiscunt,
 heliotropij veri in caudæ scorpionis speciē contorti curuātur. Sed de his haçte-
 nus. Formicæ obturatis earum foraminibus efficacissimè heliotropio herba ne-
 cantur. Si terram furculo huius circumscribat aliquis negant scorpionē egredi:
 imposta vero herba, aut inde omnino respersum, protinus emori. Succū huius
 35 accipiunt æstate hora sexta, miscētq; cum vino vt sit firmior. Multa magi de
 hac pollicētur, quæ propositi nostri nō sunt. Si decoquatur in cibus inuenio pla-
 cere, & in lacte iucundius aluū molliri, & si decocti succus bibatur, efficacissime
 exinaniri. Capitis dolores sedat rosaceo admisto. Verrucas cū sale tollit idē suc-
 cus, vnde verrucariā herbam appellauere, alijs cognominari effectibus digniorē.
 40 nanq; serpentibus & scorpionibus ex vino & aqua mulsa resistit vt tradunt. Fo-
 lia infantium destillationibus, quas syriasin vocāt, illita medentur: item contra-
 ctionibus, etiā si comitialiter id accidat. Decocto vero foueri os saluberrimum
 est. Potum id pellit tineas & renum arenas. Si cuminū adijciatur, calculos fran-
 git. Decoqui cū radice oportet, quæ cum folijs & hircino seuo podagris illini-
 45 tur. Huius fasciculo manus plenæ, vt Dioscorides prodidit, decocta bilē, pitui-

támq; per aluum extrahit. Contra scorpionū ictus & potu & illitu prodest. Alligatur ad conceptus arcendos. Seminis grana quatuor ante accessionem per horam pota quartanas, & tria tertianas finire traduntur. Semen illitū verrucas fornicásq; adimit. Thymos & epinyctidas siccat. Folia podagris, luxatis, infantium destillationibus, quas syriasin vocat, efficaciter illinuntur. Menses eadem cient. 5
 Partus trita & imposita pellunt. Heliotropion minus, quod alio nomine scoriuron appellatur, euenit in palustribus secundum lacus, folijs supradicti, rotundioribus, semine quoq; orbiculato, dependente vt verruca. Hæc omnino priori similis, folijs tantū minoribus: in palustribus & circa lacus inuenitur, nec alio nomine donata est. Herba cum suo semine pota adiecto nitro, hyssopo, & nasturtio tineas rotundas & latas eijcit. Cum sale imposita verrucas extrahit. Scorpioides herbula est breuibus folijs, semine caudæ scorpionis effigie. Illita scorpionū ictibus præsentis est auxilio. Genus hoc scoriuron & alio nomine tricoccon, folijs non solum minoribus, sed in terram vergentibus. Semen ei est effigie scorpionis caudæ, quare ei nomen. Nec ea item dici potest, quæ *calendula* vel *solsiquia* vulgò dicitur, cum folio exiguo sit & breui scorpioides; illa vero longo & arcto. nec semen caudæ scorpionis illi simile, sed scorpioni toto. Vis ad omnia venenata, & phalangia, & contra scorpiones præcipuè illita, non feriuntur habentes. Seminis grana quatuor pota quartanis prodesse dicuntur, tria tertianis, quod superiori Dioscorides cõtribuit. Item si herba ter circumlata subijciatur 20 capiti. Semē venerē stimulat, panos cum melle discutit. Verrucas hoc heliostrophion radicibus extrahit, & excrescentia in fedibus. Spinæ quoq; & lumborum sanguinē corruptum trahit illitum semen & potum, in iure gallinacei decoctū. aut cum beta, & lente. Cortex liuentibus colorem reddit. Magi heliostrophion quaternis quater, tertianis ter ab ipso ægro alligari iubent. Cæterum heliotro- 25 pia græci vocant plantas sese cum sole circumagentes, qualis est malua, lupinus, cichorium, lotos, scoriuron. Certè illa quæ Gallis *solsia* nominatur, quasi solsequiam dixeris, fruticosa est, cauliculo dodratali, lignoso, folio angusto, longiusculo, flore specioso, crocato, nec ingrati odoris, qua dote in coronameta venit. Semen haud dubie scorpionē, sed magis, qua cõtinetur, vagina, potius quam 30 caudam imitatur, radice simplici, multo capillitio fibrata. Herba ipsa in cultis potissimū prouenit, adhibeturq; & condimentis & acetarijs. Flos ex vino potus ciet menses, sed efficacius herbæ succus. quo in dentiū dolore os præsentaneo remedio colluitur. Quare merito ab ijs dissentia, qui hanc scoriuron minúsq; heliotropion, quinetiam scorpioides appellant. nam & Ouidius de Clitye in he- 35 liotropion mutata, florem ait rubicundum esse, violæ forma: is plane calathi specie luteus vndique conspicitur, quem interdum subrubescere Dioscorides prodidit. De ea in calathianæ mentione & calthæ diximus.



Tertij & vltimi de natura stirpium libri, finis.

